Onsequens é aût ex dictis ostẽdere quõo virtutes in deo ponere oportet. Oportet eni sicut esse et est vniuersaliter perfectum omnium entium perfectiones in se quodãmodo comprehendens: ita et bonitatem eius omnium bonitates in se quodãmodo comprehẽdere. Virtus autem est bonitas: quedam virtuosi nanq[ue] secundum ea dicitur bonus: et opus eius bonum. Oportet ergo bonitatem diuinaz omnes virtutes suo modo continere. Unde nulla earum secundũ
Con° babitu[m] in deo dicitur sicut in nobis. Deo
pbatio enim non conuenit bonuz esse per aliquid aliud superadditum ei: sed per essentiaz suam cum sit omnino simplex: nec etiam per aliqd sue eẽntie additũ agit: cum sua actio sit suũ esse: (vt ostensum est) non est igitur virtus i deo aliquis babitus: s[ed] sua eẽntia.
2 ¶ Itez babitus iperfectus actus est qua si medius inter potentiam et actum: vnde et babentes babitum dormientibus comparant. In deo aût ẽ act[us] pfectissimus. Actus igit in eo nõ ẽ sicut babit[us] et sciẽtia: s[ed] sicut cõsiderare: qđ ẽ actus vltimus et pfectus.
3 ¶ Adbuc babit[us] potẽtie alicui[us] pfectiu[s] ẽ: in deo aût nibil est fm potentiã: s[ed] solũ fm actuz: in eo igitur babitus esse non potest.
4 ¶ Preterea babitus de genere accidẽtis est. quod in deo oino non est. (vt supra
ca. 24. ostensum est): igitur nec virtus aliqua in deo secũdum babitum dicitur: sed solum secundũ essentiã. Cũ autẽ virtutes bumane sint quibus bumana vita dirigitur: bumana autem vita est duplex: contemplatiua: et actiua. Que quidem ad actiuã vitam pertinent virtutes: prout banc vitã perficiunt deo cõpetere non possunt: vita enim actiua bominis in vsu corporalium bonorum consistit: vnde et virtutes actiuam vitaz dirigũt. qbus bis bonis recte vtimur. Huiusmodi aût deo couenire nõ possunt. igit nec bmõi virtutes put banc vitam dirigunt.
5 ¶ Adbuc buiusmodi virtutes mores bominum secundum politicam conuersationẽ perficiũt: vñ illis q politica cõuersatiõe nõ vtunt conuenire non multuz videntur: multo igitur minus deo cõuenire possunt cuius conuersatio et vita longe est a modo bumane vite. ¶ Har[um] ẽt virtutũ que circa actiuã vitã sunt: quedã circa passiones nos dirigunt quas in deo ponere nõ possum[us]. virtutes enim que circa passiones sunt ex ipsis passionibus speciẽ sortiunt. sicut ex p[ro]priis obiectis. vnde et tẽperantia a fortitudine differt inquantũ bec circa concupiscibilia est: illa vero circa timores et audacias. In deo autem passiones non sunt. (vt osn su[pra] ẽ). igit nec bmõi virtutes i deo eẽ põt.
6 ¶ Itẽ bmõi virtutes nõ in parte intellectiua aie sunt. sed in parte sensitiua in qua sola passiões eẽ põt. (vt probat in. 7. pbisi- ter. eb.
cor). in deo aût nõ est sensitiua pars. s[ed] solus intellectus. Relinquit igi in deo bmõi 18. et in- virtutes eẽ nõ põt ẽt fm proprias rõnes. fra
¶ Passionũ aût circa quas virtutes sunt qdã sunt fm inclinationẽ appetitus in aliquod corporale bonũ: qđ est delectabile s[ecundu]z sensuz: sicut sunt cibi et potus et venerea: circa quor[um] concupiscentias est sobrietas. castitas: et vniter tẽperantia: et continentia. vnde q[uia] corporales delectationes oino adeo remote sunt. virtutes predicte nec proprie deo conueniunt: cũ circa passiones sint: nec etiã metaphorice de deo dicunt in scripturis. q[uia] nec est accipere similitudinẽ ipsaruz in deo fm similitudinẽ alicuius effectus.
¶ Quedã vero. s. passiones sunt fm inclinationẽ appetitus in aliquod spirituale bonum. sicut est bonor: dominium: victoria: vindicta: et alia buiusmodi: circa quorum spes et audacias: et omnino appetitus. sunt fortitudo: magnanimitas: mansuetudo: et alie buiusmodi virtutes. Que quidem in deo proprie esse non possunt: eo q[uod] circa passiones sunt: dicuntur tamen in scriptura metaphorice de deo propter similitudinez effectus: vt est illud primo Regũ. 2. (Non est fortis sicut deus noster). Mich. 6. (Que rite mansuetum querite bonum).

¶ Q[uod] in deo sunt virtutes morales q[ue] sunt circa actiones. 94.




Unt autem virtutes alique vitam actiuam bominis dirigẽtes: que non circa passiões, sed circa

actiões sunt vt veritas:iusticia:liberalitas:
magnificentia: prudētia:intellectus. ¶ Cū
aūt virtus ex obiecto vel mā speciē sortiat:
actiones aūt q̄ sunt harū virtutū materie
vel obiecta diuine pfectioni non repugnāt:
nec hmōi virtutes fʒ ppriā speciē hn̄t ali
qd:pp qd a diuina perfectione excludātur.
2 ¶ Itē hmōi virtutes pfectiões quedā vo
luntatis ɀ intellectus sunt: q̄ sunt principia
operationum absqʒ passione. In deo autē
est voluntas ɀ intellectus nulla carens per
fectione:igitur hec deo deesse nō possunt.
quod in 3 ¶ Amp.coꝝ oiuʒ q̄ adeo in esse pcedūt:
deo sit rō propria in diuino intellectu ē: (vt supra
ars. onsuʒ ē). rō aūt rei fiende in mēte facietis
ca.5. ars ē:(vñ phus dicit in.6.ethicoꝝ.ꝙ ars ē
recta rō factibiliū). est igitur pprie ars in
deo. ¶ Et ideo dicit. Sap.7. (Omium ar
pruden- tifex docuit me sapeintiam).
tia. 4 ¶ Itē diuina volūtas in his q̄ sunt alia
ab ipso determinat ad vnū p cognitionem
ca.83. suā:(vt supra onsuʒ est): cognitio aūt ordi
circa fi- nās volūtatē ad agendū prudētia est:qꝛ fʒ
nem. phm in.6.ethicorum: (prudētiam est recta
ca.6. ratio agibilium). est igitur in deo pruden
Job. tia:ɀ hoc ē quod dicitur Job.26.(Apud
ipsum est prudentia ɀ fortitudo.)
5 ¶ Adhuc (onsum est supra):ꝙ ex hoc ꝙ
iusticia. deus vult aliqd:vult illa q̄ reqrunt ad ipsū:
qd aūt ad pfectionē alicuius requiritur est
debitum vnicuiqʒ:est igitur in deo iustitia:
cuius ē vnicuiqʒ quod suuʒ est distribuere.
vnde.ps. (Justus dñs ɀ iustitiā dilexit).
6 ¶ Amp.(sicut supra onsum est). finis vl
liberali- timus ppter quē vult deus. oia nullo mō
tas. depēdet ab his q̄ sunt ad finē:nec q̄tuʒ ad
eē:nec q̄tū ad pfectionē aliquā. vñ nō vult
alicui suaʒ bonitatē cōicare ad hoc:vt sibi
exinde aliqd accrescat. Sed qꝛ ipm cōicare
est sibi couenies. sicut fonti bonitatis. Da
re aūt nō ppter aliqd cōmodū ex datiōe
expectatū:sed ppter ipam bonitatē ɀ con
ca°.2. uenietiā datiōis ē actus liberalitatis: (vt
i meca pʒ p phm in.4.ethicoꝝ):deus igit est ma
li.9.ca. xime liberalis:ɀ vt Auic. dicit:(ipse solus
7°. liberalis proprie dici potest). Nam omne
aliud agens preter ipsum ex sua actione ali
quod bonum appetit vel acquirit quod ē
finis intentus. ¶ Hanc autē eius libera
ps. litatē scriptura ostēdit: dicēs in.ps.(Ape

riēte te ma.tuā:oia iple.bo.):ɀ Jac.pmo. Jacobi.
(Qui dat oibus aff.ɀ non improperat).
7 ¶ Itē oia q̄ adeo eē accipiūt: neēe ē vt
eius silitudinē gerant inquantū isunt ɀ bo
na sunt ɀ proprias rōnes in diuino intelle veritas.
ctu habent.(vt supra onsum ē).hoc aūt ad ca.14.
virtutē veritatis pertinet.(vt p phm in.4.
ethicoꝝ pʒ).vt in suis factis ɀ dictis aliqs
se talē exhibeat q̄lis est:est igit in deo veri
tatis virtus. vñ Ro.3.(Est autē deus ve
rax ɀc̄).Et i.ps.(Omnes vie tue veritas).
¶ Si q̄ aūt virtutes sunt q̄ ad aliqs actio
nes ordinent que sūt subiectoꝝ ad superio
ra talia deo couenire nō possunt sicut obia
latria:vel aliquid huius:quod superiori de
bet. ¶ Si etiā aliquaꝝ ex pdictis virtutibꝰ
sint aliqui iperfecti actus fʒ illos deo attri
bui pdicte virtutes non possunt sicut pru
dentia q̄tum ad actū bene consiliandi deo
non cōpetit: cum enim consiliū sit quedaʒ
questio.(vt dicitur in.6. ethicorum).diui
na āt cognitio cum non sit inquisitiua. (vt ca.10.
supra onsum est) nō pōt sibi cōsiliari eē cō ca.58.
ueniēs:vñ Job.26.(Cui dedisti cōsiliū for
sitan ei q nō hʒ intelligētiā). Et Jsa.40. Job.
(Cū quo iniit cōsiliū ɀ istruxit eū). Secū
dū aūt actū illū qui est de cōsiliatis iudi
care ɀ iudicata eligere:nihil phibet prudē
tiam de deo dici. Dicit tamē interdū cōsi
lium de deo:vel ppter silitudinē occulta
tionis. Nā cōsilia occulte agunt:vñ qd est
in diuina sapiētia occultū p similitudinem
cōsiliū dicit:vt pʒ Jsa.25.fm aliā trāslatio
nē.(Cōsiliū tuū antiquū veꝝ fiat). Vł in
quantū cōsulētibus satisfacit:est.n.sine dis
cursu itelligētis instruere ingrētes. ¶ Si
militer ēt iustitia quātū ad cōmutationis
actum deo competere nō potest. cum ipse
a nullo aliqd accipiat. Vñ Ro.xi. (Quis
prior dedit illi ɀ retribuet ei).ɀ Job.41.
(Quis añ dedit mihi vt reddā ei). Per
similitudinē tamen aliqua deo dare dici
mur:inquātuʒ deus nostra data acceptat:
nō igitur sibi cōpetit cōmutatiua iusticia:
sed soluʒ distributiua. Vnde Dio.dicit.8.
cap.de diui.no.(ꝙ iusticia laudat deus si
cut omnibus fm dignitatē distribuens).
fm illud Math.25.(Dedit vnicuiqʒ fm
ppriam virtutē). Scire aūt opʒ ꝙ actio
nes circa quas predicte virtutes sunt fm

fuas rationes ex rebus humanis nō depē
dent:non eniz de agendis iudicare aut ali-
quid dare vl' distribuere solius hominis ē:
sed cuiuslibet intellectum habentis: secun-
dum tamē ꝙ ad res humanas cōtrahunt
ex his quodāmodo speciem sumunt: sicut
curuum in naso facit speciem symi. Virtu
tes igitur predicte secūdum ꝙ ordinant hu
manam vitam actiuaz:ad has actiones or
dinantur prout ad res humanas contrahū
tur ab eis speciem sumentes:secundū quez
modum deo conuenire nō possunt. Secū-
duz vero ꝙ actiones predicte in sua cōmu
nitate accipiuntur:possunt etiaz diuinis re-
bus aptari. Sicut eni hō rer hūanaꝝ vt pe
cunie vl' honoris distributor est. ita ⁊ deus
omnium bonitatum vniuersi. Sunt igitur
predicte virtutes ī deo vniuersalioris extē
sionis q̄ȝ in homine. Naȝ sicut iusticia ho
minis se habet ad ciuitatem vel domū:ita
iusticia dei se habet ad totum vniuersum.
Unde ⁊ diuine virtutes nostrarum exem
plares dicuntur:nam que sunt contracta ⁊
particulata similitudines quedam absolu
torum entium sunt: sicut lumen candele se
habet ad lumen solis. Alie vero virtutes q̄
proprie deo non cōueniunt non habent exē
plar in diuina natura.sed solū in diuina sa-
pientia:que oium entium ꝓprias cōplectit
rōnes.sicut ē de alijs corporalibus rebus.

¶ Qꝫ ī deo sint virtutes cōtēplatiue. 95.



E contēplati
uis autem virtutibus dubiū
esse non potest quin deo ma-
xime cōueniant. ¶ Si enim
sapientia in cognitione altissimarū causaꝝ
cōsistit:(sꝫ phm in ꝑncipio metaphisice).
ipse autē deus precipue seipsum cognoscit:
nec aliqd cognoscit:nisi cognoscēdo seipm:
ca. 47. (vt probatū est):qui est omnium causa pri
ma: manifestū ē ꝙ sibi potissime sapientia
Job. debet ascribi. Vñ. Job. 9. (Sapiēs corde
Ecle. est). ⁊ Eccle. p̄. (Ois sapiētia a dño deo ē:
⁊ cū illo fuit semꝑ). Phus etiā dicit in ꝑn
cipio metha. ꝙ ē diuia possessio nō hūana.
2 ¶ Itē si scia ē rei cognitio per ꝓpriā cāz:
ipse autē omnium causarum ⁊ effectuum
ordinē cognoscit:⁊ per hoc singulorū pro
ca. 51. ꝓprias causas nouit: (vt supra ōnsum est).
manifestum est ꝙ in ipso ꝓprie scientia est
Nō tamē que sit per ratiocinationē cau-
sata sicut sciētia nostra ex demōstratione
causatur. Unde primo Regum. 2. (De-
us scientiarum dominus est).
3 ¶ Adhuc si ī materialis cognitio aliqua
rum reꝝ absqꝫ discursu intellectus ē. De
us autē huiusmodi cognitionē de oibus
habet. (vt supra ostēsum est). in ipo igitur
est intellectus. Unde Job. 12. (Ipe habet Job.
consilium ⁊ intelligētiam). ¶ Hec etiam
virtutes in deo exemplares sunt nostrarū
sicut perfectum imperfecti.

¶ Qꝫ deus non pōt velle malum. 96.



Ex his autem
que dicta sunt ostendi potest
ꝙ deus nō potest velle ma-
lum. ¶ Virtus enim rei est
sm quam aliquis bene operat:omnis au-
tem oꝑatio dei est operatio ꝟtutis:cū sua
ꝟtus sit sua essentia. (vt supra ostensum
est). nō potest igitur malum velle. caº. 39.
2 ¶ Item volūtas nunq̄ȝ ad malū fert nisi
aliquo errore in ratione existēte ad minus
in particulari eligibili. Cum eniz volunta-
tis obiectum sit bonum apprehēsum: non
potest voluntas ferri in malum nisi aliquo
modo proponatur sibi vt bonum:⁊ hoc si-
ne errore esse non potest:In diuina autem
cognitione non potest esse error (vt supra
ostensum est). non igitur voluntas eius caº. 61.
potest ad malum tendere.
3 Amplius deus est summum bonuz. (vt caº. 41.
supra probatum est). summū autē bonum
non patitur aliquod consortiuz mali: sicut
nec summe calidū permixtionez frigidi. Di-
uina igitur volūtas nō pōt flecti ad malū.
4 ¶ Preterea cum bonum habeat ratio
nem finis. maluz non potest incidere in vo
luntatem nisi per auersionem a fine. Vo
luntas autem diuina a fine auerti non po-
test:cum nihil possit velle nisi volēdo seipꝫ.
(vt supra ostensum est). non potest igit vel ca. 77.
le malum:⁊ sic patz ꝙ liberum arbitrium
in ipso naturaliter stabilitum est in bono.
¶ Hoc aūt ē ꝙ dr. Deut. 32. (Deꝰ fidelis Anc. 8.
⁊ absqꝫ vlla iniquitate). ⁊ Abacuch pmo. scriptu.
(Mundi sunt oculi tui domine: ⁊ respice Exclo.
re ad iniquitatē non poteris. ¶ Per hoc erroris.

autem confutatur error iudeorum qui in thalmut dicunt deum quandoq; peccare: et a peccato purgari. Et luciferianorum q dicunt deu̅ in luciferi deiectio̅e peccasse.

¶ Q̄ deus nihil odit nec odium alicuius rei ei conuenire potest. 97.



Ex hoc autem apparet q̄ odiu̅ alicuius rei deo conuenire no̅ pot̄. ¶ Sicut eni̅ amor se h̄z ad bonum ita odium se hab̄z ad malu̅. Na̅ his quos amamus bonu̅ volum⁹: his v̄o quos odimus malu̅. Si igitur voluntas dei ad malum inclinari no̅ potest. (vt oste̅sum est). impossibile est q̄ ipse re̅ aliqua̅ odio he̅at.

2 ¶ Item voluntas dei in alia a se fertur.
ca. 76. (vt supra oste̅sum est). inquantu̅ volendo et ama̅do suu̅ esse et suam bonitate̅ vult ea̅ diffundi s̄m q̄ possibile est per similitudinis co̅municatione̅. Hoc igitur est q̄d deus in rebus aliis a se vult vt in eis sit sue bonitatis similitudo. Hoc au̅t est bonum vniuscuiusq; rei vt similitudine̅ diuinam participet. Nam quelibet bonitas alia no̅ est nisi similitudo q̄da̅ p̄rie bonitatis: igit̄ deus vnicuiq; rei vult bonu̅ nihil igit̄ odit.


3 ¶ Adhuc a primo ente omnia alia originem essendi assumu̅t. Si igitur aliquid eorum que sunt odio hab̄z: vult illud no̅ esse: quia hoc est vnicuiq; bonu̅: vult igit̄ actionem sua̅ no̅ esse q̄ illud ie̅e̅ p̄ducit̄ vel me
ca. 84. diate vel imediate. (oste̅su̅ e̅ eni̅ supra). q̄ si deus aliq̄d vult oportet q̄ illa velit que ad illud requiru̅tur: hoc a̅t est impossibile. Quod qui̅de̅ pat̄z si res per voluntate̅ ipsius in esse procedant: quia tunc oportet actionem qua res producuntur esse voluntariam. Similiter si naturaliter sit rerum causa: quia sicut placet sibi sua natura: sic placet sibi omne illud quod sua natura requirit: nullam igitur natura̅ deus odit.

4 ¶ Preterea illud quod inuenitur in omnibus creaturis actiuis naturaliter precipue in primo agente necesse e̅ inueniri: omnia autem agentia suo modo: suos effect⁹ amant secundum quod huiusmodi: sicut parentes filios: poete: poemata: artifices sua opera: multo igitur magis deus nullam rem odit: cum ipse sit omniu̅ causa.

Hoc autem est quod dicitur Sap̄. xi. (Diligitis omnia que sunt et nihil odisti eorum que fe.). Dicitur autem deus aliqua odire similitudinarie: et hoc dupliciter. Vno quidem modo ex hoc quod deus amando res volens eorum bonum esse: vult contrarium bono. scilicet malum non esse: vnde malorum odium habere dicitur nam que non esse volumus dicimur odio habere secundum illud Zacha. 8. (Vnusquisq; malum contra amicu̅ suum ne cogitetis in cordibus vestris et iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hec sunt que odi dicit dominus). Hec autem non sunt effectus vt res subsistentes quorum proprium est odium vel amor. Alius autem modus est ex hoc q̄ deus vult aliquod maius bonum: quod esse non potest sine priuatione minoris boni: et sic dicitur odire: cum magis hoc sit amare: sic enim inquantum vult bonum iustitie vel ordinis vniuersi quod esse non potest sine punitione vel corruptione aliquorum: dicetur illa odire quorum punitionem vult vel corruptionem. secundum illud Malach. primo. (Esau odio habui). et illud p̄s. (Odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium: virum sanguinum et dolosum abhominabitur dominus).

Sap̄. Zacha. malac. p̄s.


¶ Q̄ deus est viuens. 98.




Ex his autem que supra ostensa sunt: de necessitate habetur q̄ deus est viuens. Ostensum est eni̅ deum esse intelligentem et volentem: intelligere autem et velle non nisi viuentis est: est ergo deus viuens.

2 ¶ Adhuc viuere s̄m hoc aliquibus attributum est q̄ visa sunt per se no̅ ab alio moueri: et p̄pter hoc illa que vident̄ p̄ se moueri: quo̅r motores vulgus no̅ p̄cipit p̄ similitudinem dicimus viuere: sicut aqua̅ viua̅ fontis fluentis: no̅ au̅t cisterne vel stagni sta̅tis: et arge̅tu̅ viuu̅ q̄d motu̅ queda̅ h̄re v̄r: p̄prie eni̅ illa sola mouent̄ q̄ p̄ se moue̅t se ipsa co̅posita ex motore et moto sicut aiata vnde hec sola p̄prie viuere dicim⁹: alia v̄o oia ab aliquo exteriori mouent̄ vel generante

vel remouēte,ꝓbibēs vel in pellente.¶ Et
q2 opationes sensibiles cū motu sūt: vlteri
us oē illud quod agit se ad ꝓprias opatio-
nes:q̄ʒuis nō fit cuʒ motu dr̄ viuere: vnde
intelligere appetere ⁊ sentire actiones vite
sunt:sed deus maxime non alio : sed a se-
ipso operatur cum sit prima causa agens:
maxime ergo competit ei viuere.
3 ℭ Itē diuinū eē omnē perfectionē essen-
cap.29. di cōprehēdit.(vt supra ostēsum est). viue
re autē est quoddā eē perfectum vn̄ viuē-
tia in ordine entiū nō viuētibus ꝓferuntur:
diuinum ergo eē est viuere:ipse ergo est vi
uens.¶ Hoc āt ēt auctoritate diuine scri-
Auc.s. pture cōfirmat.Dicit.n. Deute.32.ex ore
scriptu. dn̄i dicā.(Viuo ego in eternū). Et in.ps.
(cor meū ⁊ caro mea exul.i deū me.viuū)
ℭ Q̄ deus est sua vita. 99.



Ex hoc patet vlterius q̄ deus sit sua vita. Vi
ta eni viuētis est ip̄m viuere
in quadā abstractiōe signatū
sicut cursus ſm rē nō est aliud q̄ʒ currē:vi
ter.cō. uere aūt viuētium est ip̄m eē eoruʒ. (vt pʒ
16. p phm in.2.de aia).cū.n.ex hoc aial dicat
viuēs q̄ aiaʒ ſm quā hʒ eē:vtpote ſʒ ꝓpri
am formaʒ: opʒ q̄ viuere nihil sit aliud: q̄ʒ
talem esse ex tali forma prouenies:deus au
tem est suum esse.(vt supra probatū est).
est ergo suum viuere ⁊ sua vita.
2 ℭ Item suum intelligere est quoddaʒ vi
ter.cō. uere.(vt pʒ p phm in.2.de anima). nam
13. viuere est actus viuentis:deus autē est su-
ca.46. um intelligere.(vt supra ostensum est). er
go est suum viuere ⁊ sua vita.
3 ℭ Amplius si deus nō esset sua vita:cuʒ
sit viuēs.(vt ostensum est). sequeretur q̄
esset viuēs p participationē vite:oē autem
quod est p pticipationē reducitur ad id qd
est per seip̄m. deus ergo reduceretur in ali
quod prius per quod viueret:quod est im-
possibile:(vt ex dictis patʒ).
4 ℭ Adhuc si sit viuens deus.(vt ostēsuʒ
est).opʒ in ipso vitaʒ eē:si ergo nō sit ipse
sua vita erit aliqd in ipso q̄ nō est ipe:⁊ sic
erit compositus: (quaʒ supra improbatuʒ
cap.18. est).est igitur deus sua vita ⁊ hoc est quod
Job. dicitur Joh.14.(Ego sum vita).
ℭ Q̄ vita dei est sempiterna. 100.



Ex hoc autem appet q̄ vita ei⁹ sit sempiter-
na.¶ Nihil.n.desinit viuere
nisi p sepationē vite : nihil āt
a seipso separi pōt. Oīs.n.sepatio fit p diui
sionē alicui⁹ ab alio:ipole ē ergo q̄ de⁹ desi
nat viuere:cū ipe sit sua vita. (vt ońsū ē).
2 ℭ Itē oē illud quod qn̄q̄ ē:⁊ qn̄q̄ nō ē:
est p aliquā cāʒ:nihil eni seip̄ʒ de nō eē ad
eē adduc: q2 qd nō nōdū ē nō agit. diuina
āt vita nō hʒ aliquā cām sicut nec diuinū
eē:nō igitur qn̄q̄ est viuēs.⁊ qn̄q̄ non vi-
uens:sʒ sp̄ viuit:ē ergo vita ei⁹ sempiterna.
3 ℭ Adhuc in qualibet opatōe opans ma-
net:liceʒ interdū opatio trāseat: ſʒ successio
nē:vn̄ ⁊ in motu mobile manet idē subie-
cto in toto motu:sʒ nō ſm rōnē: vbi igitur
actio est ip̄m agēs:oportʒ q̄ nihil ibi p suc
cessionē trāseat:sʒ totū simul maneat. In-
telligere aūt ⁊ viuere dei est ipe de⁹.(vt ońs
sum est):ergo eius vita nō habʒ successio-
nem:sʒ est tota simul:est igitur sempiterna
4 ℭ Amplius deus oino imobilis est.(vt
supra ostēsū est).q̄ aūt icipit aut desinit vi
uere. vel in viuēdo successionē patit : muta
bile est:nā vita alicuius icipit p generatio-
nem:desinit aūt p corruptionē: successio āt
ꝓpter motū aliquē est:deus ergo neq̄ ice
pit viuere:neq̄ desinet viuere:neq̄ in viuē
do successionem patitur:est ergo deus vita
sempiterna.¶ Hic est q̄ dicit Deu. 32.ex Auc.s.
ore dn̄i.(Viuo ego in eternū).⁊.i.Jo.vlt. scriptu.
(Hic est verus deus ⁊ vita eterna).
ℭ Q̄ deus est beatus. 101.



Restat autem ex p̄missis ońdere deū eē beatuʒ.
¶ Cuiuslibet .n. itellectualis
nāe ꝓpriū bonū ē btitudo: cuʒ
ergo de⁹ sit itelligēs suū ꝓpriū bonū erit bti
tudo:nō aūt cōpat ad ꝓpriū bonū sicut qd
in bonū nōdū habitū tēdit:hoc.n.est natu-
re mobil:⁊ in po ͣ exn̄tis:sʒ sicut q̄ iā obtinet
ꝓpriū bonū. Igitur beatitudinē nō solū de
siderat sicut ⁊ nos.sʒ ea fruit:est igit beat⁹.
2 ℭ Amp.illd ē maxie ōsideratū vl volitū
ab itellectuali nā q̄ ē pfectissimū i ipa ⁊ h⁰
ē ei⁹ btitudo: pfectissimū āt i vnoq̄q̄ ē sua
pfectissima opatio:nā po ͣ ⁊ hit⁹ p opatōeʒ

io.ethi. capi.8. i pncio. perficiunt:(vnde phus dicit):felicitatē esse pfectā opationē. ¶ Perfectio aūt opationis depēdet ex.4. ¶ Primo ex suo genere vt.s.sic sit manēs in ipso operante: dico aūt opationē in ipso manētē: p quā nō fit aliud pter ipā opationē:sic videre τ audire:hmōi.n. pfectiones sunt eoꝝ quoꝝ sunt opationes : τ pñt eē vltimi qꝛ nō ordinanť ad aliqđ factū qđ sit finis.opatio vero vel actio ex qua sequiť aliqđ actū pter ipā est pfectio opati nō operātis : τ ꝯpať ad ipm sicut ad finē.τ iō talis opatio itellectualis nature nō ē beatitudo siue felicitas.

p^{mo} ex q opationis pfectio depēdet

2^{m}. ¶ Secūdo ex pncipio opationis :vt sit altissime potētie:vñ fm opationē sensus nō ē in nobis felicitas:sꝫ fꝫ opationē intellectus τ p habitū pfecti.

3^{m}. ¶ Tertio ex opationis obiecto:τ pp hoc in nobis vltima felicitas est in itelligēdo altissimū itelligibile.

4^{m}. ¶ Quarto ex forma opationis vt.s. pfecte faciliter, firmiter .τ delectabilr opeť:talis aūt ē dei opatio:cū sit itelligēs:τ suꝰ intellectus altissima virtutū sit nec idiget hitu pficiēte: qꝛ in seipso pfectus est. (vt supra ondñ ē):ipse autem seipsum intelligit qui est summum intelligibilium perfecte absqꝫ omni difficultate τ delectabiliter.est igiť deus beatus.

ca. 47.

3 ¶ Adhuc p beatitudinē ōsideriū oē qetať qꝛ ea habita nō restat aliud desiderādū cū sit vltimꝰ finis:oꝫ igiť eū eē beatū q pfectꝰ ē qntū ad oia q desiderare pōt.(vñ Boetiꝰ dicit q beatitudo ē status oium bonoꝝ cōgregatiōe pfectꝰ). ſꝫ talis ē diuina pfectio q oēs pfectionē i qdā simplicitate ꝯphēdit (vt supra ōnsum est):ipse igiť vere beatꝰ ē.

li.3.de conso. psa.2.

4 ¶ Itē qādiu alicui deest aliquid quo indigeat nondū beatus est: qꝛ eius desideriū nondum est quietatū : quicunqꝫ igitur sibi sufficiens ē nullo indigēs : ille vere beatus est.(ostēsum aūt est supra): q deus non indiget alijs cū a nullo exteriori sua perfectio dependeat: nec alia vult pp se:sic pp finē: q̄si eis indigeat: sed solū:qꝛ hoc cōueniens est sue bonitati: est igitur ipse beatus .

5 ¶ Preterea ostensum est supra q deus non potest velle aliqđ ipossibile:ipossibile ē aūt ei aliquid aduenire quod nondū habeat:cum ipse nullo modo sit in potētia . (vt ostensuꝫ est).igitur nō potest velle se habere quod nō habet : ⁊cqd igitur vult habet nec aliqd male vult.(vt supra ōnsuꝫ ē): est igitur beatus fm q a qbusdaꝫ beatus esse perhibetur qui habꝫ quicquid vult.τ nihil male vult. ¶ Eius.n. beatitudinem sacra scriptura protestaťi. Thi.vlti.(Quē oñsdet deus suis ptibus beatus τ potēs).

Aug.8. de trin. ... scriptu.

¶ Q deus sit sua beatitudo. 102




Ex his autem apparet q deus sit sua beatitudo. ¶ Beatitudo.n.eiꝰ ē intellectualis opatio ipsius:(vt ostēsum est).supra autē ostēdimus q ipm dei intelligere sit sua substantia:ipse igitur est sua beatitudo.

2 ¶ Itē beatitudo cū sit vltimus finis ē id quod glibet natus est hēre vel habēs principaliter vult.(ostēsum est autē supra).qđ deus principaliter vult suā essentiā: sua igitur essentia est sua beatitudo.

3 ¶ Adhuc vnusqsqꝫ in beatitudinē suā ordinat qcquid vult.ipsa.n.est q̄.pter aliud nō desiderať τ ad quā terminatur motus desiderij vnū.pter aliud desiderantis ne sit infinitꝰ.Cū igiť deꝰ oīa alia velit pp suā bonitatē q̄ ē sua eēntia:oꝫ q sicut ipe ē sua eēntia τ sua bonitas:ita sit sua beatitudo.

4 ¶ Preterea duo sūma bona eē est impossibile:si enim aliquid vni deest q alteꝝ haberet neutrum summuꝫ bonū eēt. Beatitudo etiā sūmum bonum oñditur esse ex hoc q est vltimus finis:ꝗ beatitudo τ deꝰ sunt idē. Est igitur deus sua beatitudo.

¶ Q btitudo diuina pfecta τ singularis ē excedens omnē aliam beatitudinē. 103.



Vlterius aūt ex premissis considerari pōt beatitudinis diuine excellentia. ¶ Quanto.n.aliquid propinquius est beatitudini tāto pfectius beatum est:vnde τ si aligs .pter aliquaꝫ spē beatitudinis obtinēde beatus dicatur:nullo modo sua beatitudo comparatur eiꝰ beatitudini qui eam iā actu cōsecutꝰest. Propinquissimum est autē beatitudini quod ē ipsa beatitudo quod de deo ostēsuꝫ est: ipe igitur est singulariter perfecte beatus.

2 ¶ Itē cū delectatio ex amore causeť:(vt ostensum est).vbi est maior amor τ maior

delectatio in cõsecutione amati. sed vnum qđqz ceteris ptibus plus se amat q̃ aliqđ: aliđ:cuius signũ est q̃ quãto aliquid alicui est propiquius:magis naturaliter amatur: plus igitur delectatur deus in sua beatitudine que est ipsemet q̃ alij beati in beatitudine:q̃ non est qđ ipsi sunt: magis igiẽ desideriũ dei quiescit ⁊ pfectior est beatitudo.

3 ¶ Preterea qđ per essentiam est:potius est eo quod per participationem dicit̃.sicut natura ignis perfectius inuenit̃ in ipso igne q̃ in rebus ignitis:deus aũt per essentiam suam beatus est:quod nulli alij competere potest:nihil.n.aliud pter ipm potest esse sũmum bonuz.(vt ex predictis patere põt). ⁊ sic oportet vbicũqz alius ab ipo beatus ẽ pticipatiue dicatur beatus: diuina igitur beatitudo oẽm aliam beatudinem excedit.

4 ¶ Amplius beatitudo imperfecta i operatione intellectus cõsistit.(vt ostensuz ẽ): nulla aũt alia intellectualis operatio eius. operatiõi eius compari potest: quod pz nõ solum ex hoc q̃ est sua operatio subsistens: sed quia vna operatione deus seipsum ita pfecte itelligit sicut est ⁊ omnia alia q̃ sunt ⁊ que non sunt bona ⁊ mala. In alijs autez intelligentibus intelligere ipm non est subsistens sed actus subsistẽtis: nec ipsum deũ qui est summũ itelligibile aliquis ita perfecte põt intelligere sicut ipse ipfectus eẽ:cũ nullius eẽ pfectũ sit sicut eẽ diuinũ:nec alicui⁹ opatio possit eẽ pfectior q̃ sua substãtia. Nec est aliqs alius intellectus qui omnia etiã que deus facere põt cognoscat. qz sic diuinã eẽntiaz cõprehẽderet:illa ẽt que intellectus alius cognoscit nõ omnia vna ⁊ eadẽ operatiõe cognoscit. Incõpabiliter igitur deus super omnia beatus est.

5 ¶ Item quanto aliquid magis vnitũ est tãto bonitas ei⁹ ⁊ vtus pfectior ẽ:opatio autẽ successiua ẽz diuersas partes tẽporis diuiditur:nullo igitur modo eius perfectio potest comparari pfectioni operationis q̃ est absqz successione tota simul:⁊ precipue si non in momento transeat:sed in eternuz maneat. Diuinum autẽ intelligere ẽ absqz successione totũ simul eternaliter extñs:nostrum aũt intelligere successionẽ habz inquantum adiũgitur ei p accidẽs cõtinuuz ⁊ tempus. Diuina igitur beatitudo in infinitum excedit humanã:sicut duratio eternitatis excedit nunc temporis fluẽs.

6 ¶ Adhuc fatigatio ⁊ occupationes varie qbus necesse est contemplationẽ nostram in hac vita interpolari:in qua consistit pcipue humana felicitas:siqua ẽ psentis vite: errores ⁊ dubitationes ⁊ casus varii quibus subiacet presens vita:ostẽdũt omnino incõparabilẽ eẽ humanã felicitatẽ: pcipue huius vite:diuine beatitudini.

7 ¶ Amplius pfectio diuine beatitudinis cõsiderari potest ex hoc q̃ omnes beatitudines complectitur fm̃ perfectissimuz modum. De contẽplatiua quidẽ felicitate habet pfectissimam sui ⁊ aliorum pp̃etuaz cõsiderationem. De actiua vo vita nõ vni⁹ hois aut dom⁹ aut ciuitatis aut regni:sz totius vniuersi gubernationẽ:falsa eniz felicitas ⁊ terrena nõ habz nisi quandã vmbrã illius fecilitatis pfectissime: consistit enim in quinqz secũdum Boetium.s.in voluptate diuitiis potestate dignitate ⁊ fama. Habet etiã deus excellẽtissimã delectationez de se:⁊ vle gaudiuz de oibus bonis absqz cõtrarij admixtiõe. Pro diuitiis vo habz omnimodã sufficiẽtiã in seipso omniũ bonorum.(vt supra ostẽsum est). Pro potestate habz infinitam vtutem. Pro dignitate habz omniũ entiũ primatũ ⁊ regimen. Pro fama admirationẽm omnis intellectus ipsum vtcũqz cognoscẽtis. Ipi igiẽ qui singulariter beatus est: honor sit ⁊ gloria in secula seculorum Amen.

In li. 3°. De cõsolatione.

Explicit liber primus.

¶ Incipit Liber Secundus.

¶ Continuatio sequentium ad precedẽtia.

Capitulum primum.



[M]Edita tus sus in omnibus operibus tuis.⁊ in factis manuũ tuarũ meditabar). Rei cuiuslibz perfecta cognitio haberi nõ potest: nisi eius opatio cognoscatur. Ex modo eni operationis ⁊ specie mẽsura ⁊ qualitas vtutis pẽsatur: vtus vo naturam rei monstrat: fm̃ hoc

enim vnumquodqz natū est operari qꝫ actu ta lem nām fortit.¶ Est aūt duplex rei ope ratio.(vt phus tradit in.xi.metha.). Vna quidē que in ipso operāte manet:⁊ est ipsi us operātis pfectio vt sentire itelligē ⁊ vel le.¶ Alia vo que in exteriorē rem transit que est pfectio facti quod per ipam consti tuitur vt calefacē secare ⁊ edificare: vtraqz autem dictarum operationum competit deo:prima quidem in eo qꝫ intelligit vult gaudet ⁊ amat:alia vo in eo qꝫ res in esse ꝑducit ⁊ eas cōseruat ⁊ regit. Quia vo p̄ ma operatio perfectio operantis est. Se cunda vo perfectio facti. Agēs autem na turaliter prius facto est:⁊ causa ipsiꝰ: opor tet qꝫ prima dictarum operationum sit ra tio secunde ⁊ eam ꝓcedat naturaliter sicut causa effectuꝫ.¶ Quod quidem in rebus humanis manifeste apparet.¶ Considera tio enim ⁊ voluntas artificis principium ē ⁊ ratio edificationis. Prima igitur dicta rum operationum tanqꝫ simplex opantis pfectio opatiōis vendicat sibi nomē vel ēt actōis. Scda vo eo qꝫ sit pfectio fci:factio nis nomen assumunt:vnde manufacta di cuntur que per actionem huiusmodi ab ar tifice in esse procedunt. De prima aūt dei operatione: (vt in precedenti libro iam di ximus). vbi est actum de cognitione ⁊ vo luntate diuina:vnde ad completam diui ne veritatis considerationē. Restat nunc de secunda operatione tractare: per quā.s. res ꝑducuntur ⁊ gubernātur a deo. Quē quidem ordinem ex premissis verbis su mere possumus. Premittit nanqꝫ prime operationis meditationē.cuꝫ dicit (medi. sum in omni aper.tu.)vt operatio ad diui num intelligere vel velle referatur. Sub iungit vero factionis meditationem: cum dicit.(⁊ in fac.ma.t.me.). vt per facta ma nus ipsius intelligamus celum ⁊ terram ⁊ omnia que procedunt in esse a deo: sicut ab artifice manufacta procedunt.

tex.cō. 16.

¶ Qꝫ consideratio creaturarum vtilis est ad fidei instructionem. 2.



Huiusmodi quidē diuinoꝝ factorum meditatio ad fidē humanā instruēdā de deo necessaria est.¶ Primo quidem quia ex factoꝝ meditatione diui nam sapientiam vtcunqꝫ possumus ⁊ ad mirari ⁊ considerare. Ea enim que arte fi unt:ipsius artis sunt representatiua vtpote ad similitudinē artis facta: deus autē sua sapiētia res in eē produxit:ꝑpter quod in ps̄.dicitur.(Omnia in sapiētia fe.). Vn de ex factorum consideratione diuinam sa piētiam colligere possumus: sicut in rebus factis per quandam communicationē sue similitudinis impressam. Dicitur eniꝫ Ec cle.primo. (Effudit illam).scilicet sapiēti am.(sup omnia opera sua):vnde.ps̄.cum diceret.(Mirabilis fac. est sci.tu.ex me. confor.est ⁊ non po.ad eam). Et adiunge ret diuine illuminationis auxilium: cuꝫ di cit.(Nox illuminatio mea ⁊c.).ex cōside ratione diuinorum operum se adiutuꝫ ad diuinam sapientiam cognoscendam con fitetur dicēs.(Mirabilia opera tua ⁊ ani ma mea cognoscet nimis.

2 ¶ Hec consideratio in admirationē al tissime dei virtutis ducit. ⁊ per consequēs in cordibus hominum reuerētiam dei pa rit:oportet enim quod virtus faciētis emi nentior rebus factis intelligaꝫ. Et ideo dr̄ Sap.13.(Si virtutem ⁊ opera eorum sci licet celi ⁊ stellarum ⁊ elemētorum mun di mirati sunt).scilicet philosophi. (⁊ intel ligant quoniam qui fecit hec fortior est il lis).⁊ Ro.primo dicitur.(Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciun tur se:quoqꝫ eius vir.Et di.). Ex hac aūt admiratione dei timor procedit ⁊ reuerē tia. Vnde dicitur Jere.x. (Magnum est nomē tuum in fortitudine:quis non time bit te o rex gētium). Tertio hꝫ consideratio animas hominū in amorē diuine bonita tis accēdit.¶ Quicqd.n.bōitatis ⁊ pfectio nis i diuersis creaturis pticulariter distri butū est:totū in ipso vnr est adunatū sicut in fōte totius bonitatis:(vt in p̄ libro ostē sū ē).si igiꝫ creaturaꝝ bōitas: pulchritudo ⁊ suauitas:sic aīos hominū allicit ipiꝰ dei fōtis bōitas riuulis bōitatū i singulꝭ creatu ris reptis diligēter ꝯpata aīas hoium istā matas totalr ad se traheꝫ: vn̄ i.ps̄.dr̄.(De lectasti me dn̄e in fac.tu.⁊ i cibꝰ opibꝰ ma. t.ex.).⁊ alibi de filijs hoium dr̄.(Inebria buntur ab vber.do.tue).qꝫ si totiꝰ creature.

Sap.


ad Ro.

Jere.

cap.29.

τ sic (Corēte volup.tu.pota.eos qm̄ apud te est fons vite).τ Sap.13. dicitur contra quosdā3.(Ex his que videnť bona).s.creaturis que sunt bona p quādā pticipationē nō potuerūt intelligere eum qui est .s. vere
cap.38. bonus:imo ipsa bonitas:(vt in primo ostē
τ.39. sum est). Quarto hec consideratio homi-
cap.50. nes in quandā similitudinē diuine pfectionis cōstituit:(ostēsū est.n.in primo libro). quod deus cognoscendo seipsum in se omnia alia intueť.cū igitur christiana fides hominem de deo pncipaliter instruit.τ p lumen diuine reuelatiōis:cō creaturaꝝ cognitorē facit.fit in homine qdam diuine sapiētie similitudo. Hic est quod dicitur
ad Cor. 2.Cor.3.(Nos vo oēs reuelata facie gloriam dei speculātes in eandē imaginē trāsformamur). Sic igiť p3 q9 pſideratio creaturarum ptinet ad instructionē fidei christiane:τ iō dicit
Eccle. Eccle.42.(Memor ero opeꝝ domini:τ que vidi annūciabo in sermonibus domini opa eius).

Q9 cognoscere nās creaturaꝝ valet ad destruēdū errores qui sunt circa deū. 3.



St etiam necessaria creaturaꝝ consideratio nō solum ad veritatis instructionē:s3 etiā ad errores excludēdos. Errores nāq3 q circa creaturā sunt interdū a fidei veritate abducūt: sm q9 vere dei cognitioni repugnāt. Hoc autē multipliciter cōtingit. Primo quidem ex hoc q9 creaturaꝝ nām ignorantes in hoc puertūtur qnq3:q9 id quod non pōt nisi ab alio eē:primā cām τ deū constituūt nihil vltra creaturas q̄ videnť estimātes:sicut fuerūt illi q corpus quodcūq3 deū esti-
Sap. mauerūt:de qbus dicitur. Sap.13. (Qui aut ignē aut spiritū aut citatū aerē aut gyrum stellaꝝ:aut nimiam aquā aut solem τ lunam deos putauerūt). Secundo ex hoc q9 illud quod dei solius est: creaturis aliqbus ascribūt:qđ etiā ex errore circa creaturas cōtingit:qđ.n.natura rei alicui9 nō patitur ei nō attribuitur; nisi q3 eius natura ignoratur:sicut si homini attribuereť habere tres pedes:quod autē solius dei ē:natura creature nō patitur:sicut quod solius hominis est nō patitur alterius rei natura

Ex hoc ģ q9 nature creature ignorať predictus error cōtingit. Et p hunc errorē dici-
tur. Sap.14.(Incōicabile nomē lignis τ Sap.
lapidibus iposuerunt). In hunc errorē labuntur qui reꝝ creationem vel futuroꝝ cognitionē vel miraculoꝝ operationē alijs causis q̄ deo ascribunt. Tertio vo ex hoc.q9 diuine vtuti in creaturas operanti aliqd detrahitur p hoc q9 creature natura ignoratur. Sicut p3 in his q duo reꝝ principia cōstituūt τ qui res nō ex diuina volūtate:sed ex necessitate nature adeo pcedere asserunt.τ illi etiam qui res vel oēs vel quasdam diuine prouidentie subtrahunt: aut eū nō posse pter solitum cursum opari negant:hec enim omnia diuine derogāt potestati:cōtra quos dicit Iob.22.(Quasi nihil possit facere omnipotēs estimabāt
eum).τ Sap.12.(Virtutē ostēdis tu:qui Sap.
non crederis esse in vtute consumatus). Quarto homo qui p fidem in deu3 ducitur sicut in vltimū finē ex hoc q9 ignorat naturas rerum:τ per consequēs gradum sui ordinis in vniuerso aliquibus creaturis se putat eē subiectum quibus superior est: vt pat3 in illis qui voluntates hominum
astris supponūt. Cōtra quos dicit Iere.x. Iere.
(A signis celi nolite metuere que gētes timent). Et in illis q angelos creatores animarum existimāt.τ animas hominū esse mortales.τ si qua similia hominum dero-
gant dignitati. Sic ergo pat3 falsam eē eccl9.cr.
quorūdam sententiam qui dicebāt nihil interesse ad fidei veritatē quid de creaturis quisq3 sentiret dūmodo circa deum recte
sentiatur.(vt Aug.narrat in libro de origi Aug.
ne anime). nā error circa creaturas redūdat in falsam de deo sciētiam:τ hominum mētes adeo abducit in quē fides dirigere nititur:dū ipsas qbusdam alijs causis supponit. Et ideo illis q circa creaturas errāt penas sicut infidelibus scriptura cōmina-
tur dicēs in.ps.(Quoniam nō intellexe- .ps.
runt opera domini:τ in opera manuū eius destrues illos:τ non edificabis eos). Et
Sap.2.(Hec cogitauerunt τ errauerūt) Sap.
τ subiungit.(Non iudicauerūt honorem animarum sanctarum).


Q9 aliter considerat de creaturis philosophus τ aliter theologus. 4.


Anifestuz est
autez ex predictis q̃ conside-
rationez circa creaturas ha
bet doctrina fidei christiane
inq̃ztum in eis resultat quedã dei similitu-
do. t inq̃ztum error in ipsis inducit in diui
norũ errorẽ. Et sic alia ratione subijciũtur
predicte doctrine . t philosophie humane.
Nã phia humana eas considerat secundũ
q̃ huiusmodi sunt. vnde t fm diuersa rez
genera diuerse partes philosophie inueniũ
tur. Fides autez christiana eas considerat
nõ inq̃ztum huiusmodi. vtpote ignem inq̃z
tum ignis est: sed inq̃ztũ diuinã altitudinẽ
repñtant t in ipsum deũ quoquomõ ordi-
Eccle. natur. vt .n. Eccle.42. dicit. (Gloria dñi
plenum est opus eius: nõne dominus fecit
enarrare sanctos oia mirabilia sua) . Et
propter hoc etiã alia c rca creaturas t phi
losophus t fidelis cõsiderãt. Philpsophus
nãq̃z considerat illa que eis fm naturã p
priã cõueniunt sicut ignis ferri sursum. Fi
delis aũt ea solũ cõsiderat circa creaturas
q̃ eis cõueniunt fm q̃ sunt ad deũ relata:
vtpote q̃ sunt a deo creata: q̃ sunt deo su-
biecta t huiusmodi. Vñ nõ est iperfectio-
ni doctrine fidei imputãdum si multas re
rum proprietates pretermittat: vt celi figu
ram: motus qualitatem. Sic enim nec na
turalis circa lineam illas passiones consi-
derat quas geometra: sed solũ ea que acci-
dunt sibi inq̃ztũ est terminus corporis nã-
lis. Si que vero circa creaturas cõiter
a philosopho t fideli considerãtur per alia
t alia pncipia traduntur. Nã philosophus
argumẽtum assumit ex pprijs rerum cau
sis. Fidelis aũt ex cã pma: vtputa quia sic
diuinitus est traditum. vel q2 hoc in gloriã
dei cedit: vel quia dei potestas est infinita.
vñ t ipsa maxima sapientia dici dz vtpote
semper altissimam causam considerans se
Deute. cundum illud Deutero.4. (Hec est sapi-
entia vestra t intellectus coram populis):
Et propter hoc sibi quasi principali phi
losophia humana deseruit: t ideo interduz
ex principijs philosophie humane sapien-
tia diuina procedit. Nam t apud philoso-
phos prima philosophia vtitur omniũ sci-
entiarum documentis ad suum propositũ
ostendendum. Exinde etiam est q̃ non
eodem ordine vtraq̃z doctrina procedit.
nam in doctrina philosophie que crea-
turas secundum se considerat t ex eis in
dei cognitionem perducit: prima est consi-
deratio de creaturis t vltima de deo. In
doctrina vero fidei que creaturas non nisi
in ordine ad deum considerat. primo ẽ cõ-
sideratio dei t postmodum creaturarum.
t sic est perfectior. vtpote dei cognitioni si-
milior qui seipsum cognoscens alia intuet.
vnde secundum hunc ordinem post ea que
in se de deo in primo libro sũt dicta: de his
que ab ipso sunt restat prosequendum.

Ordo dicendorum. 5.


Rit autem hic pro
secutionis ordo vt primo aga
mus de productione reruz in
esse. Secundo de earum 2 ca.39.
distinctione. Tertio vero de ipsarum re 3.c.46.
rum productarum t distinctarum natura
quantum ad fidei pertinet veritatem.

Q̃ deo competit vt sit aliis pnm eẽndi. 6.


Appo nentes igitur
que in supe-
rioribus ostensa sunt: ostenda
mus nũc q̃ competit deo vt
sit aliis essendi principium t
causa. Ostensum est enim supra per de-
monstrationem. Aristo. esse aliquã primaz cap.13.
causam efficientẽ quam deum dicimus. pri.lib.
Efficiens autem causa suos effectus cõdu
cit ad eẽ. Deus igit aliis cã eẽndi existit.
2 Item. (ostensum est in primo libro p
rationem eiusdem), eẽ aliquod primũ mo
uens immobile quod deuz dicimus. Pri
mum autẽ mouens in quolibet ordine mo
tuum est causa omnium motuum qui sũt
illius ordinis. Cum igitur multa ex moti-
bus celi producantur in essẽ in quorum or
dine deum esse primum mouens. (ostensũ
est). oportet q̃ de9 sit multis reb9 cã eẽndi.
3 Amplius quod per se alicui conuenit
naturaliter ei in esse necesse est: sicut homi
ni rationale t igni sursum moueri: agere
aũt per se aliquem effectũ conuenit enti in
actu. nam vnũquodq̃z agens secundũ hoc
agit q̃ in actu est. Omne igitur ens actu
natum est agere aliquid actu existens: sed

cap.16. deus est ens actu.(vt in primo libro ostensum est).igitur sibi competit agere aliqd ens actu cu sit causa essendi.

4 ¶ Adbuc signu p ectionis in rebus inferioribus est q pnt sibi sifia facere.(vt p3 p phum in.4.metbauroꝝ). Deus aut e maxime pfectus.(vt in primo ostensu est).ipi igit copetit facere aliqd sibi fileꝫ ens in actu vt sic sit ca essedi. ¶ Ite.(ostensu est in primo libro).q deus vult suu ee aliis cõicare p modu filitudinis: de pfectione aut voluntatis est q sit actionis z motus principiu.(vt p3 in.3.de aia). cu igit diuina voluntas sit perfecta non deerit ei virtus cõmunicandi esse suum alicui per modum similitudinis. z sic erit ei causa essendi.

ter.cõ. 18. cap.29. cap.83. ter.cõ. 50.

5 ¶ Adbuc quanto alicuius actionis principiu est pfectius:tanto actione sua pot in plura extendere z magis remota: ignis.n. si sit debilis solu propinqua calefacit. si autem sit fortis etia remota. Actus aut purus q deus est perfectior est q actus potentie permixtus:sicut in nobis est. Actus autem actionis principiu est.Cu igit per actu q in nobis est possumus nõ solu in actiones in nobis manentes:sicut sunt intelligere z velle:sed etia in actiones q in exteriora tendut per quas aliqua facta producimus: multo magis deus pot p hoc q actu est nõ solum intelligere z velle:sed etia pducere effectu: z sic potest aliis esse causa essendi. ¶ Hic est q dicitur Job.5.(Qui facit magna z mirabilia z inscrutabilia absq numero.)

Job.

¶ Q potentia actiua sit in deo. 7.

Ex hoc autem apparet q deus est potens: z q ei couenieter potentia actiua attribuit. ¶ Potentia.n. actiua est principiu agendi in aliud secundu q est aliud : deo aute conuenit ee aliis principiu eendi:ergo conuenit sibi ee potete.

2 ¶ Amplius sicut potentia passiua sequit ens in potentia:ita potentia actiua sequit ens in actu. Vnuqdq3 .n. ex hoc agit q e actu:patit vero ex eo q e potetia: sed eo cõuenit ee actu:igit cõuenit sibi potetia actiua.

3 ¶ Adbuc diuina perfectio boium perfectiones in se includit.(vt in primo libro ostensum est).virtus aut actiua de perfectione rei est. vnumquodq3 enim tanto maioris virtutis inuenitur quanto perfectius est: virtus igit actiua deo non potest deesse.

4 ¶ Preterea oe qd agit potes e agere. na qd nõ pot agere.impossibile e agere.z qd impossibile e agere necesse est nõ agere:deus aut est ages z mouens.(vt supra ostensum est).igit potens est agere z potentia ei conuenienter ascribitur actiua.sed nõ passiua. ¶ Hinc est q in.ps.dicitur.(Potens es dñe). Et alibi.(Potetia tua deus z iustitia tua vsq altissima q fecisti magnalia).

Auc.s. scriptu.

¶ Q de potentia sit eius substantia. 8.

Ex hoc autem vlterius concludi pot q diuina potentia sit ipsa dei suba. ¶ Potentia.n. actiua copetit alicui sm q est actu. Deus aut est actus ipse.nõ aut est ens actu per aliquẽ actum qui non sit quod est ipse:cuꝫ in eo nulla sit potentialitas.(vt in primo libro ostensum est). Est igitur ipse sua potentia.

2 ¶ Adbuc oie potens qui nõ est sua potetia est potens participatione potentie alicuius.de deo autem nihil potest dici participatiue.cum sit ipsum suum esse.(vt in primo libro ostesu e).e igit ipe sua potetia. cap.23.

3 ¶ Amplius potentia actiua ad perfectione rei pertinet.(vt ex predictis p3).ois aut diuina perfectio in ipso suo ee continet.(vt in primo libro ostensum est).diuina igit potentia nõ est aliud ab ipso ee eius.deus autem e suu ee.(vt i p°ostesu e). est igr sua po°. cap.55.

4 ¶ Ite in rebus quaru potentie nõ sunt earu sube ipse potentie sunt accidentia. vñ potentia naturalis in secunda specie qualitatis ponit:i deo aut nõ pot ee aliqd accides.(vt i p°ostesu e).de°igit e sua potetia.

5 ¶ Pre.oe q e p aliud reducit ad id q e p se sic ad pm. alia vo agetia reducunt i deu sic i pm agete:e igf ages p se.q aut p se agit p sua eentia agit.id aut q qs agit e ei° actiua po°. ipa igit dei eentia.e ei° actiua po°. ca.24.

¶ Q dei potetia sit eius actio. 9.

Ex hoc autem ostedi pot q potentia dei nõ sit aliud q sua actio. ¶ Que eni vni z eide sut eade sibiin-


dicem sunt eadē: diuina aūt potētia ē eius
suba.(vt ostēsum est). eius ēt actio est ei⁹
ca.46. suba.(vt in primo libro ostēsum est de in-
tellectuali opatione).eadē.n.rō in aliis cō
petit.igr̄ i deo nō ē aliō po^a.ɀ aliud actio.
2 ℭ Itē actio alicuius rei est quoddā cōple
mentū potentie eius.cōpar.n.ad potentiā.
sicut scōus ad primū.Diuina aūt potentia
nō cōplet̄ alio q̄ȝ seipsa.cū sit ipsa dei essen
tia. In deo igr̄ nō ē aliō po^a.ɀ aliud actio.
3 ℭ Amplius sicut potētia actiua est aliqd
agentis.ita essentia eius est aliqd eius. Sȝ
diuina potentia est eius essentia.(vt osten
sum est).ergo suū agere est suum eē. Sed
eius esse est sua substantia. ergo diuina
actio est sua substantia. ɀ sic idē qd̄ prius.
4 ℭ Adhuc actio que non est substantia
agentis inest ei:si. ut accidens subiecto. vn
de ɀ actio inter nouem predicamenta acci
dentis computatur. In deo autem nō po-
test esse aliquid per modum accidentis.
In deo igitur sua actio non est aliud a sua
substantia ɀ a sua potentia.

ℭ Qualiter potentia in deo dicatur. io.



Alia vero nihil ē sui ipsi
us principium. Cum diuina
actio non sit aliud q̄ȝ eius po
tentia.manifestum est ex pre-
dictis q̄ potentia.non dicitur in deo sicut
principium Actionis: sed sicut principium
facti. Et quia potentia respectum ad alteꝝ
importat.in ratione principii. est enim po-
tentia actiua principium agendi in aliud.
cter.cō. 17. (vt patet per phȝ in.5.methaph.).manife
stum est q̄ potentia dicitur de deo per re-
spectum ad facta sm̄ rei veritatē nō per re
spectū ad actionē nisi secundū modū intel
ligēdi. prout intellectus noster diuersis cō
ceptionibus vtrūqȝ considerat.s. diuinam
potentiam ɀ eius actionem. Vnde si alique
actiones deo conueniant que non in aliqd̄
factū transeant.sed maneant in agente re-
spectu harū nō dicet̄ in deo potentia nisi
secundum modū intelligendi nō secundūȝ
rei veritatē.hmōi aūt actiones sunt intelli
gere ɀ velle:potētia igr̄ dei proprie loquen
do non respicit huiusmodi actiones. sed so
los effectus. Intellectus igitur ɀ voluntas
in deo nō sunt vt potētie.sȝ solū vt actōes.

Patet etiā ex p̄dictis q̄ multitudo actio-
num que deo attribuūtur vt intelligere vel-
le producere res:ɀ similia non sunt diuerse
res:cum quelibet harum actionum in deo sit
ipsum eius esse quod est vnū ɀ idē. ¶ Quo-
modo autem multiplicitas significationis
vnius rei vnitati nō p̄iudicet. (ex his q̄ i p̄
libro ostensa sunt manifestum esse potest). cap.32.
ℭ Q̄ȝ de deo dicatur aliquid relatiue ad
creaturas. ii.



Si autem potē
tia deo conueniat respectu suo
rum effectuū:potentia aūt rō
nē principii h̄eat.(vt dictū ē).
principium autem relatiue ad principiatum
dicitur:manifestum est q̄ aliquid relatiue
pōt dici de deo in respectu suoꝝ effectuum.
2 ℭ Item non potest intelligi aliquid rela-
tiue dici ad alterum:nisi ecōuerso illud re
latiue diceretur ad ipsum. Sed res alie re
latiue dicuntur ad deū: vtpote secundum
suum esse quod adeo habent. (vt ostensum
est):ab ipso dependentes. Deus igitur ecō
uerso relatiue ad creaturas dicetur.
3 ℭ Adhuc similitudo ē relatio quedā. Deus
aūt sicut ɀ cetera agētia sibi simile agit. di
citur igitur aliquid relatiue de ipso.
4 ℭ Amp̄.scia ad scitum relatiue dicit̄:de⁹
aūt nō solū sui p̄tius. sȝ ēt alioꝝ sciētiam hȝ
igitur aliquid relatiue dicit̄ de deo ad alia.
5 ℭ Adhuc mouens dicitur relatiue ad mo
tum ɀ agens ad factum: deus autem est
agens ɀ mouens non motum: (vt ostēsum
est):dicuntur igitur de ipso relationes.
6 ℭ Item primum relationem quandā im-
portat:similiter ɀ summum:(ostēsum est autē cap.13.
in primo) ipsum esse primū ens:ɀ summū bo- ɀ.40.
nū.pȝ igr̄ q̄ multa de deo relatiue dicunt̄.
ℭ Q̄ȝ relationes dicte de deo ad creatu-
ras nō sunt realiter in deo. i2.



Huiusmōi aūt re-
latiōes
que sunt ad suos effectus rea
liter in deo esse non possunt.
¶ Non enim in eo esse pos-
sent sicut accidētia in subiecto.cum in ipso
nullum sit accidēs:(vt in primo libro ostēsum ca.14.
est).nec etiā possent eē ipsa dei substantia.
Cū.n.relatiua sint q̄ sm̄ eē ad aliud quodā

mō se hñt. (vt phs dicit in p̄dicamentis). oꝫ ꝓ dei suba hoc ipꝫ qđ est ad aliud dice ref: q aūt hoc ipꝫ q est ad aliud dr: quodā mō ad ipso dependet. Cū nec eē nec intel-ligi sine eo posset: oporteret igit q dei suba ab alio extrinseco eēt depēdēs. ꝛ sic nō eēt ꝑ seipsum necesse eē. (vt in pᵒ libro osten-
cap. 15. sū ē). nō sūt igr hmōi relatōes ꝑꝫ rē i deo.
2 ¶ Itē. (ostensum est in primo libro) q de-
cap. 26. us oīum entiū est mensura: cōpat igit deꝰ ad alia entia. sicut scibile ad sciam nostraꝫ q eius mensura est: nā ex eo q res est vel nō est. opinio vel orō vera vel falsa est. (ꝑꝫ phm in p̄dicamentis). scibile aūt lꝫ ad sciē-tiā relatiue dicaf: tñ relatio ꝑm rē in scibili nō est. sꝫ in scia tm. (vñ ꝑm phm in. 5. me-
tex. cō. thaphisice). scibile dicif relatiue: nō qꝛ ipꝫ
20. referaf: sꝫ qꝛ aliqd aliud ad ipsum referf: di-ct: igif relationes in deo nō sunt realiter.
3 ¶ Adhuc relatōes p̄dicte dicūtur de deo nō solū respectu eoꝝ q̄ sunt in actu. sed etiā respectu eoꝝ q̄ sunt in potētia: qꝛ ꝛ eoꝝ sci-entiā hꝫ. ꝛ respectu eoꝝ dicif ꝛ primū ens ꝛ sūmū bonū. sed eius q est actu ad id qđ nō est actu: sed potentia. nō sunt relationes reales: alʼs sequeref q eēnt infinite relatio-nes actu in eodē. cū numeri infiniti in po-tentia sint maiores binario qbus oibꝰ ipse est prior. Deus aūt nō aliter referf ad ea q̄ sunt actu q̄ȝ ad ea q̄ sunt potētia: qꝛ nō mu-taf ex hoc q aliqua ꝓducit. Nō igif referf ad alia ꝑ relationē realiter in ipso exñtem.
Ex premissis igitur rationibus concludere possumus ꝙ intellectualis substantia potest corpori vniri:vt forma. ¶ Si.n.substātia itellectualis nō vnitur corpi solum vt motor vt plato posuit: neqȝ cōtinuatur ei soluȝ per fantasmata vt dixit Auerrois:sed vt forma : neqȝ tamen intellectus quo hō intelligit est pparatio in humana natura:vt dixit Alexāder:neqȝ cōplexio vt Galienus : neqȝ armonia vt Empedocles:neqȝ corpus vel sensus vel imaginatio vt antiqui dixerūt. Relinqtur ꝙ anima hūana sit intellectualis substātia corpori vnita vt forma:qđ quidē sic pōt fieri manifestū. ¶ Ad hoc.n.ꝙ aliqd sit forma substātialis alterius duo requirūtur: quoꝝ vnū est vt forma sit pncipiū essendi substātialiter ei cuius est forma. principiuȝ aūt dico nō effectiuū:sed formale quo aliqd est ⁊ denoiatur ens:vnde sequit aliud.s. ꝙ forma ⁊ mā conueniāt in vno eē qđ nō cōtingit de pncipio effectiuo.cū eo cui dat esse:⁊ h eē est in quo subsistit substātia cōposita que est vna ſm esse ex mā ⁊ forma constās:nō autē ipeditur substātia intellectualis p hoc ꝙ est subsistēs . (vt probatū est).eē formale principiū essendi materie quasi eē suū cōicans mãe:nō est enī inconueniēs ꝙ idē sit eē in quo subsistit cōpositum ⁊ forma ipsa:cū cōpositū nō sit nisi p formā:nec seorsuȝ vtrūqȝ subsistat. (lib. isto. ca.56.) ¶ Potest autē obijci ꝙ substātia intellectualis eē suum mãe corpali cōicare nō possit vt sit vnuȝ eē substātie intellectualis ⁊ mãe corporalis:diuersoꝝ.n.generum est diuersus modus essendi ⁊ nobilioris substātie nobilius eē. (obic°.) ¶ Hoc autē cōuenicēter diceret si eodē modo illud eē materie eēt sicut esse substātie intellectualis.nō est autē ita: ē.n. materie corpalis vt recipiētis ⁊ subiecti ad aliqd alteri⁹ eleuati. substātie āt intellectualis vt principij ⁊ ſm ,ppie nature cōgruentiam:nihil igitur prohibet substantiā intellectualeȝ eē formaȝ corporis hūani que est aia hūana. (R°.) ¶ Hoc autē mō mirabilis rerum cōnexio cōsiderari pōt:semp.n. inuenitur infimū supremi generis cōtingere supremum inferioris generis:sicut quedā infima in genere aialiū paruȝ excedūt vitaȝ plātaꝝ sicut ostrea que sūt imobilia ⁊ solū tactum hñt ⁊ terre in modū plātaꝝ astringūtur.(vñ ⁊ beat⁹ Dionysius dicit in.7. cap.de diui.no. ꝙ diuina sapiētia cōiūgit fines superioꝝ principijs inferioꝝ).est igit accipere aliquid in genere corpoꝝ . scilicet corpus humanum equaliter complexionatum quod attingit ad infimum superioris generis.s.ad animā humanā que tenet vltimum gradum in genere intellectualium substantiarum vt ex modo intelligēdi percipi pōt. (pulcra dēclatio cōnexio nis reꝝ) (Dio.) ¶ Et inde est ꝙ aia intellectualis dicitur eē quasi quidam orizon ⁊ confiniū corporeoꝝ ⁊ incorporeoꝝ inquātū est subā incorporea corpis:tñ forā:nō aūt minus ē aliqd vnum ex substantia itellectuali ⁊ materia corpali ꝙ̄ ex forma ignis ⁊ eius materia:sed forte magis:q2 ꝙ̄to forma magis vincit mām:ex ea ⁊ mā magis efficit vnū. (h°hr ab aucto.li. de cāis. ppōne secūda.)

corporale: potētia ei⁹ nō erit actus alicui⁹ corporis: ꝛ ꝑ hoc dr̄ itellectus eē separatus nō qn̄ suba aīe cuius est potētia intellectus nec aīa intellectiua sit corporis actus vt for-
Ad.53. ma dās tali corpori eē. ¶ Nō ē aūt necessariū si aīa fm̄ suā subam ꝛ forma corporis ꝙ oīs eius opatio sit ꝑ corpus ac ꝑ hoc oīs eius virtus sit alicuius corporis actus. (vt qnta rō ꝓcedebat). iā enim ostensum est ꝙ aīa humana nō sit talis forma que sit totaliter imersa mãe: sed est inter oēs alias formas marie supra mãm eleuata. vnde ꝛ opationē ꝓducere pōt absq corpore. i. q̄si nō depēdēs a corpore in opando. qꝛ nec ēt
Ad rationes auer. q̄s facit 2.5. tertij de aīa in princi pio cō. in eēndo depēdet a corpe. ¶ Eodē ēt mō pꝫ ꝙ ea qbus Auerrois suā opinionē confirmare nitit nō probāt subam intellectualē corpori nō vniri vt formā: verba. n. Aristo. q̄ dicit de intellectu possibili ꝙ est impossibilis ꝛ imixtus ꝛ separatus: nō cogūt cōfiteri qd̄ suba intellectiua nōt sit vnita corpori vt forma dans eē: verificaf. n. etiaꝫ si dicaf ꝙ intellectiua potētia quā Aristo. vocat potentiā perspectiuā nō sit alicuius organi actus quasi ꝑ ipsuꝫ suā exercēs operationē. ꝛ hoc ēt sua demōstratio declarat ex opatione. n. intellectuali qua aīa intelligit ostēdit ipsum imixtū eē vel separatuꝫ. opatio aūt pertinet ad potētiā vt ad principium. vnde pꝫ ꝙ nec demōstratio Aristo. hoc [illegible] ꝛ ꝙ suba intellectiua vniaf corpori sicut forma. si enim ponamus subam aīe scd̄m eē corpori sic vnitā. intellectū aūt nullius organi actū eē: nō sequif ꝙ intellectus habeat aliquā naturā determinatam de naturis dico sensibiliū: cū nō ponaf armonia vel ratio alicuius organi sicut de sensu. (dicit Aristo. in. 2. de aīa). ꝙ est quedaꝫ
tex. cō. 13. ratio organi. nō enim hꝫ intellectus operationē cōmunē cū corpore. ¶ Oꝫ aūt ꝑ hoc ꝙ Aristo. dicit intellectū eē imixtū vel separatū nō intendat excludere ipsum eē partem siue potentiā aīe q̄ est forma toti⁹ corporis. (pꝫ ꝑ hoc ꝙ dicit i fine primi de anima). cōtra illos q dicebāt aīam in diuersis partibus corporis diuersas sui partes hře. si tota aīa oē corpus continet: cōuenit ꝛ partiū vnāquāq aliqd corporis continere. hoc aūt videf ipossibile. qualē enim partem aut qūo intellectus continet. graue est fingere. ¶ Patet etiā ꝙ ex quo intellect⁹ nullius partis corporis actus est ꝙ non sequitur receptionem eius esse receptionem materie prime: ex quo eius receptio ꝛ operatio est omnino absq corporali organo. ¶ Nec etiam infinita virtus intellectus tollitur cum non ponatur virtus in magnitudine: sed in substantia intellectuali fundata. (vt dictum est).

¶ Oꝫ secundū dicta Aristo. oportet ponere intellectū vniri corpori vt forma. 70.



T quia auerrois maxime nititur suaꝫ opinionem confirmare per verba ꝛ demonstrationem. Aristo. ostendendum restat ꝙ necessarie est dicere secundum opinionem Aristo. intellectum secundum suam substantiam alicui corpori vniri vt forma. ¶ Probat enim. Aristote. in libro phisicorum ꝙ in motoribus ꝛ motis impossibile est procedere in infinitum vnde concludit ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primum motum ꝙ vel moueaf ab immobili vel moueat seipsum ꝛ de his duobus accipit secundum scilicet quod primuꝫ mobile moueat seipsuꝫ ea ratione: quia quod est per se semper est prius eo quod est per aliud. ¶ Deinde ostendit ꝙ mouens seipsuꝫ de necessitate diuidif in duas partes: quarum vna est mouens ꝛ alia est mota: oportet igitur primū seipsuꝫ mouens componi ex duab⁹ partibus quarum vna est mouens: omne autem huiusmodi est animatum: secundum opinioneꝫ Aristo. vnde. (ꝛ in secundo de celo). dicitur expresse ꝙ celum est animatum: ꝛ propter hoc oportet in eo ponere differentias positionis: non solum quo ad nos: sed etiaꝫ secundum se. ¶ Inquiramus igitur secundum opinionem Aristote. qua anima sit celum animatum. (probat etiam in. xi. metaphisice). ꝙ in motu celi est considerare aliquid quod mouet omnino immotum ꝛ aliquid ꝙ mouet motum: id autem quod mouet omnino immotum mouet sicut desiderabile: nec dubium quia ab eo ꝙ mouetur: ostendit autem ꝙ non sicut desiderabile desiderio concupiscencie quod est desiderium sensus: sed sicut desiderabile intel-

7. t. 8.


tex. cō. 13.

tex. cō. 36.

lectuali desiderio. vnde dicit quod primus mouens non motum est desiderabile et intellectuale: igitur id qd ab eo mouetur scilicet celum est desiderans et intelligens no biliori modo quã nos vt subsequenter probat. est igitur celum compositum sm opinionem Aristo. ex anima intellectuali et corpore et hoc signat. (in secundo de anima).
tex. cõ 29. vbi dicit. (quod quibusdam inest intellectiuum et intellectus vt hominibus. et si aliqd huiusmodi est actiuum aut honorabilibus scilicet celum). cõstat autẽ quod celum nõ habet animam sensitiuam secundum opinionem Aristo. haberet enim diuersa organa que non competunt simplicitati celi. (et ad hoc signandum subiungit Aristo. quod quibus de numero corruptibilium inest intellectus insunt omnes alie potentie). vt daret intelligere q aliqua incorruptibilia habent intellectum que non habẽt alias potentias anime: scilicet corpora celestia. non poterit igitur dici q intellectus continuetur corporibus celestibus per fantasmata: sed oportebit dicere q intellectus sm suam substãtiam vniatur corpori celesti vt forma. sic igitur et corporis humani quod est inter omnia corpora inferiora nobilissimum et equalitate sue complexionis celo ab omni contrarietate absoluto simillimum sm intentionem Aristo. substantia intellectualis vnitur non per aliq fantasmata. sed vt forma ipsius. Hoc autem quod dictum est de animatione celi nõ diximus quia asserendo scdm fidei doctrinam ad quam nihil pertinet si
Aug. ue sic siue aliter dicatur. (vnde Aug. in lib.
ca. 57. enchiridion dicit nec illud quidem certum habeo vtrum ad eandem societatem). scilicet angelorum. (pertineant sol et luna et cuncta sydera: quãuis nonnullis lucida esse corpora: non tamẽ sensu vel intelligentia videant). Q anima immediate vnitur corpori. 71.



Ex premissis autem concludi potest q anima immediate corpori vnitur: nec oportet ponere aliqd medium quasi animam corpori vniens vel fantasmata. sicut dicit Auerrois. Vel potentias ipsius sicut quidã dicunt. Vel etiam spiritum corporalem sicut alij dixerunt. (ostensum est enim qd aia vnitur corpori vt forma eius). forma aũt vnitur materie absq omni medio: per se enim cõpetit forme qd sit actus corporis et nõ per aliquid aliud. vnde nec est aliqd vnum faciẽs ex mã et forma nisi agẽs qd potentiam reducit ad actum. (vt probat tex. cõ. vltimi Aristo. in. 8. metha.) nã mã et forma habẽt se vt potentia et actus. Põt tñ dici aliquid eẽ medium inter aiam et corpus: et si nõ in eẽndo: tñ in mouendo: et in via generationis. In mouendo qdẽ: q in motu quo aia mouet corpus est qdã ordo mobiliũ et motorum: aia enim oẽs operatiões suas efficit per suas potentias. vnde mediante potẽtia mouet corpus: et ad hec mẽbra mediãte spiritu. et vlterius vnũ organũ mediante alio organo. in via aũt generationis dispositiones ad formã pcedunt formã in mã: quis sint posteriores in eẽndo. vnde et dispões corporis qb' fit pprĩũ pfectibile talis forme hoc mõ põt dici medie iter aiam et corpus. Q anima sit tota in toto. et tota in qualibet parte. 72.



Ex eadem autem ostẽdi põt aiam totã in toto corpore eẽ. et totã in singulis partibus. Oportet enim propriũ actũ in proprio pfectibili eẽ. aia aũt est actus corporis organici nõ vnius organi [illegible] tum. est igit in toto corpore et n[illegible] te tñ sm suã essentiã sm quã est forma corporis. sic aũt aia est forma totius corporis q etiã forma singularũ partiũ. si enim eẽt forma totius et nõ partiũ: nõ eẽt forma substãtialis talis corporis. sicut forma domus q est forma totius et nõ est singularũ partium est forma accidẽtalis. Q aũt aia est forma substãtialis totius et partiũ: pz per hoc: qd ab ea sortit spẽm et totũ et partes. vñ ea abscẽdẽte: neq totũ: neq partes remanent eiusdẽ spẽi. nã oculus mortui et caro ei' nõ dicunt nisi equoce. si igit aia est actus singularũ partiũ: act' aũt est in eo cui' est act'. Relinqt qd sit sm suã essentiã in qualibet parte corporis. Q aũt tota: manifestũ est. cũ. n. totũ dicat per reuelationẽ ad partes. oz totũ diuersimode accipi sicut diuersimode accipiunt partes. Dr aũt pars dupl'r. Vno qdẽ mõ inquãtũ diuidit ali

quid fm quantitatẽ ficut bicubitū eſt pars
tricubiti. ¶ Alio mō inquantū diuidiť ali-
quid fm diuiſionẽ eēntie ſicut forma ꝛ ma
teria dicunť partes cōpoſiti. Diciť ergo ꝛ
totū ſecundū quantitatẽ ꝛ ſecundū eſſentie
perfectionẽ: totū aūt ꝛ partes ſecundū quā
titatẽ dicte: formis nō conueniunt niſi per
accidens. ſ. inquantū diuiduntť diuiſiōe ſub
iecti quantitatẽ habẽtis. totū aūt vel pars
ſecundū perfectionẽ eſſentie inueniť in for-
mis per ſe: de hac igiť totalitate loquendo
que per ſe formis ↄpetit in qualibet forma
apparet quod eſt tota in toto ꝛ tota in qua
libet parte eius: nam albedo ſicut ſecundū
totam rationem albedinis eſt in toto corpo
re: ita ꝛ in parte qualibet eius: ſecus autē
eſt de totalitate que per accidens attribui
tur formis: ſic enim non poſſumus dicere
ꝙ tota albedo ſit in qualibet parte. Si igi-
tur eſt aliqua forma que non diuidatur di
uiſione ſubiecti: ſicut ſunt anime animaliū
perfectorum: non erit opus diſtinctione: cū
eis non competat niſi vna totalitas. ſed ab
ſolute dicendum eſt eam totā eſſe in qua-
libet corporis parte: nec eſt hoc difficile ap
prehendere ei qui intelligit animā non ſic
eſſe indiuiſibilem vt punctum: neqꝫ ſic in-
corporeum corporeo coniungi: ſicut corpo-
ra adinuicem coniunguntur. (vt ſupra ex-
poſitum eſt). Non eſt autem inconueniēs
animam cum ſit quedā forma ſimplex eē
actum partium tam diuerſorum: quia vni
cuique forme aptatur materia ſecundū ſu
am congruentiam: quanto autē aliqua for
ma eſt nobilior ꝛ ſimplicior: tanto eſt maio
ris virtutis: vnde anima que eſt nobiliſſi-
ma inter formas inferiores. ꝛ ſi ſimplex ſit
in ſubſtantia: eſt tamen multiplex in poten
tia ꝛ multarum operationū: vnde indiget
diuerſis organis ad ſuas operatiōes com-
plendas: quarū diuerſe anime potentie pro
prij actus eē dicuntur: ſicut viſus oculi: au
ditus aurium: ꝛ ſic de alijs. propter quod
animalia perfecta habent maximā diuer-
ſitatem in organis: plante vero minimā.
¶ Hac igitur occaſione a quibuſdam phi
loſophis dictum eſt animam eſſe in aliqua
parte corporis ſicut ab ipſo. (Ariſtote. in li
bro de cauſa motus animalium). dicitur
eſſe in corde: quia aliqua potentiarum eius
illi parti corporis attribuitur vis enim mo
tiua: de qua Ariſto. in libro illo agebat eſt
pricipaliter in corde. Per quod anima in
totum corpus motum ꝛ alias huiuſmodi
operationis diffundit.

¶ Qꝫ intellectus poſſibilis nō eſt vnus. in
omnibus hominibus. 73.



Ex premiſſis autē
euidenter oſtenditur non eſſe
vnum intellectum poſſibilē
omnium hominū. qui ſunt.
ꝛ qui erunt: ꝛ qui fuerunt. (vt Auerrois in cō.5.
tertio de anima fingit). Oſtenſū eſt autē
ꝙ ſubſtantia intellectus vnitur corpori hu
mano vt forma. impoſſibile eſt autem vnā
formam eſſe niſi vnius materie. q2 propri-
us actus in propria potentia fit: ſunt enim
adinuicem proportionata. Non eſt igitur
intellectus vnus omnium hominum.

2 ¶ Adhuc vnicuiqꝫ motori debentur ꝓ
pria inſtrumēta: alia eni ſunt inſtrumenta
tibicinis ꝛ architectoris. intellectus aūt cō
parať ad corpꝰ vt motor ipſius. (ſicut Ari tertu.
ſto. declarat ꝛ determinat in. 3. de aiā). ſi- cō. 48.
cut igiť ipoſſibile eſt ꝙ architector vtať in-
ſtrumētis tibicinis: ita ipoſſibile eſt ꝙ itel-
lectus vniꝰ hoīs ſit itellectꝰ alterius hoīs.

3 ¶ Preterea. (Ariſto. i prio de anima). tertu.
reprehendit antiquos de hoc ꝙ dicẽtes de cō. 53.
aīa nihil de proprio ſuſceptibili dicebant
quaſi eſſet cōtingēs ſecundū pythagoricas
fabulas quālibet animā quodlibet corpus
induere: nō eſt igitur poſſibile ꝙ anima ca
nis ingrediať corpus lupi: vel aīa hominis
aliud corpus ꝙ̄ hominis. ſed que eſt ꝓpor
tio anime hominis ad corpus hominis ea
dem eſt ꝓportio anime huius hominis ad
corpus huius hominis: non eſt igitur poſſi
bile animam huius hominis ingredi aliud
corpus ꝙ̄ iſtius hominis: ſed anima huius
hominis eſt per quā h homo intelligit. ho
mo enim per animam intelligit. (ſecundū
ſententiā. Ariſto. in primo de aīa). nō eſt tertu.
igitur vnus intellectus iſtius ꝛ illius hoīs. cō. 64.

4 ¶ Amplius ab eodem aliquid habet
eſſe ꝛ vnitatem. vnum enim ꝛ ens ſe conſe
quuntur. Sꝫ vnumquodqꝫ habet eſſe per
ſuam formam: ergo ꝛ vnitas rei ſequitur
vnitatem forme. impoſſibile eſt igiť diuer-

sorum individuorum hominum esse formam unam. forma autem huius hominis est anima intellectiva. impossibile est igitur omnium hominum esse unum intellectum. Si autem dicatur quod anima sensitiva huius hominis sit alia ab anima sensitiva illius. et pro tanto non est unus homo licet sit unus intellectus.

R°

Improbatio. Hoc stare non potest. propria enim operatio cuiuslibet rei consequitur et demonstrat speciem ipsius. sicut autem animalis propria operatio est sentire. ita hominis propria operatio est intelligere. (ut Aristo. dicit in x ethicorum). unde oportet quod sicut hoc individuum est animal propter sensum. (secundum Aristo. in .2. de anima). ita sit homo propter id quo intelligit. id autem quo intelligit anima vel homo per animam est intellectus possibilis. (ut dicitur in .3. de anima). est igitur hoc individuum homo per intellectum possibilem. si igitur hic homo habet aliam animam sensitivam cum alio homine. non autem alium intellectum possibilem: sed unum et eundem sequitur quod sint duo animalia: sed non duo homines. quod patet impossibile esse. non igitur est unus intellectus possibilis omnium hominum.

cap° 9. ter. co. 17. ter. 2. 5.

R° Auer rois co. 5. His autem rationibus. (respondet Commentator predictus in .3. de anima). dicens quod intellectus possibilis continuatur nobiscum per formam suam. scilicet per speciem intelligibilem cuius unum subiectum est fantasma in nobis existens: quod est in diversis diversum. et sic intellectus possibilis numeratur in diversis: non ratione sue substantie. sed ratione sue forme. Quod autem hec responsio nulla sit apparet per ea que supra dicta sunt. (ostensum est enim supra). quod non est possibile hominem intelligere si sic solum intellectus possibilis continuaretur nobiscum: dato autem quod predicta continuatio sufficeret ad hoc quod homo esset intelligens. adhuc responsio dicta rationes supradictas non solvit. secundum enim dictam positionem nihil ad intellectum pertinens remanebit numeratum secundum multitudinem hominum nisi solum fantasma et hoc ipsum fantasma non erit numeratum secundum quod intellectum est in actu. quia sic est in intellectu possibili et est abstractum a materialibus conditionibus per intellectum agentem. fantasma autem secundum quod est in intellectu in potentia non excedit gradum anime sensitive.

Improbatio ca. 70. huius lib.

2 Adhuc non remanebit alius hic homo ab illo nisi per animam sensitivam. et sequitur predictum inconveniens quod non sint plures homines hic et ille.

3 Preterea nihil sortitur speciem per id quod est in potentia. sed per id quod est actu. fantasma autem secundum quod est numeratum est tantum in potentia ad esse intelligibile. ergo per fantasma secundum quod numeratur non sortitur hoc individuum speciem animalis intellectivi quod est ratio hominis: et sic remanebit illud quod speciem humanam dat non esse numeratum in diversis.

4 Adhuc illud per quod speciem sortitur unumquodque vivens: est perfectio prima et non perfectio secunda. (ut patet per Aristo. in secundo de anima). fantasma autem non est perfectio prima: sed perfectio secunda. est enim fantasia motus factus a sensu secundum actum. (ut dicitur in lib. de anima). non est igitur ipsum fantasma quod numeratur a quo homo speciem habet.

5 Amplius fantasmata que sunt intellecta in potentia diversa sunt: illud autem quo aliquid speciem sortitur oportet esse unum: quia species una est unius. non igitur per fantasmata: prout ponuntur numeri in diversis ut sunt intellecta in potentia homo speciem sortitur.

6 Item illud quo homo sortitur speciem oportet semper esse manens in eodem individuo dum durat: alias individuum non semper esset unius et eiusdem speciei: sed quandoque huius quandoque illius. fantasmata autem non semper eadem manent in uno homine: sed quedam de novo adveniunt et quedam preexistentia abolentur: individuum igitur homo neque per fantasma sortitur speciem: neque per ipsum continuatur principio sue speciei: quod est intellectus possibilis. Si autem dicatur quod individuum homo non sortitur speciem ab ipsis fantasmatibus: sed a virtutibus in quibus sunt fantasmata. scilicet imaginativa memorativa et co[gitati]va que est propria homini. (qu[am Aristo. in] tertio de anima passivum intellectum vocat). adhuc sequitur eadem inconvenientia: quia cum virtus cogitativa habeat operationem solum circa particularia quorum intentiones dividit et componit. et habeat organum corporale per quod agit: non transcendit genus anime sensitive. homo autem ex anima sensitiva non habet quod sit homo: sed quod sit animal. adhuc igitur relinquitur quod numeretur in nobis solum id quod competit homini inquantum est animal. R°

Improbatio

2 Preterea virtus cogitativa cum operetur per organum non est id quo intelligimus: cum intelligere non sit operatio alicuius organi: id autem quo intelligimus est id quo homo est homo: cum intelligere sit propria operatio hominis consequens eius speciem. non est igitur hoc individuum homo per virtutem cogitativam. neque hec virtus est id per quod homo substantialiter differt a bru-

tis vt Commen.predictus fingit.
3 ¶ Adhuc virtus cogitatiua nõ hз ordi-
nem ad intellectũ possibilez quo intelligit
hõ: nisi per suũ actũ quo preparant̃ fantas-
mata. vt per intellectũ agentẽ fiant intelli-
gibilia actu ꝛ perficientia itellectũ possibi-
lem. operatio aũt ista nõ semper eadẽ ma
net in nobis: impossibile est igitur ꝗ homo
per eam vel continuet̃ principio speciei hu
mane: vel per eam habeat speciem: sic igi-
tur pз ꝗ pdicta respõsio eius ꝯfutãda est.
4 ¶ Itẽ id quo aliquid operat̃: aut agit est
principiuз ad qd̃ sequit̃ operatio: nõ solum
quantũ ad eẽ ipsius: sed etiã quãtũ ad mul
titudinẽ aut vnitatẽ: ab eodẽ.n.calore nõ ẽ
nisi vnũ calefacere siue vna calefactio acti
ua: quãuis possit eẽ multiplex calefieri siue
multe calefactiões passiue ẜm diuersitatez
calefactoꝝ simul per vnũ calorẽ: intellect⁹
autem possibilis est quo intelligit aia. (vt
tx. 2.5. dicit Aristo. in. 3. de aia). si igit̃ intellectus
possibilis huius ꝛ illius hois sit vnus ꝛ idẽ
numero: necesse erit ẽt intelligere vtriusqз
eẽ vnũ ꝛ idẽ. (qd̃ pз eẽ ipossibile). nã diuer
sorum indiuiduorum impossibile est eẽ ope
rationem vnaз: impossibile est igitur intel-
lectum possibilem eẽ vnum huius ꝛ illius.
Rᵒ ¶ Si aũt dicat̃ ꝗ ipsum intelligere multi
Improbatio plicat̃ ẜm diuersitatẽ fantasmatũ. ¶ Hoc
stare nõ põt: sicut enim dictũ est. vni⁹ agẽ
tis vna est actio ꝗ̃ multiplicat̃ solũ ẜm di-
uersa subiecta in ꝗ̃ transit illa actio. Intel-
ligere aũt ꝛ velle ꝛ hmõi nõ sunt actiones
transeuntes in exteriorẽ mãm. sed manent
in ipso agẽte quasi pfectões ipsius agẽtis.
(vt pз p Aristo. in. xi. metha.). nõ põt igit̃
vnũ intelligere intellectus possibilis multi-
plicari per diuersitatem fantasmatum.
2 ¶ Preterea fantasmata se hñt ad intelle
ctũ possibilẽ vt actiuũ quodãmõ ad passi-
uum. (ẜm ꝗ Aristo. dicit in. 3. de aia). ꝗ
intelligere qõdã pati est: pati aũt ipsum pa
tiẽtis diuersificat̃ ẜз diuersas formas acti
uoꝝ siue spẽs: nõ scd̃m diuersitatẽ eorũ in
numero: in vno.n. passiuo seq̃t̃ simul a duo
bus actiuis .s. calefaciente ꝛ desiccãte cale-
fieri ꝛ desiccari. nõ aũt a duobus calefaciẽ
tibus: seq̃t̃ in vno calefactibili duplex cale-
fieri: sed vnũ tñ nisi forte sint diuerse spẽs
caloris: cũ.n. calor duplex vnius speciei nõ
possit eẽ in vno subiecto: motus aũt nume
ratur ẜm terminũ ad quẽ: si sit vnius tem
poris ꝛ eiusdẽ subiecti. nõ poterit eẽ duplex
calefieri in vno subiecto: ꝛ hoc dico nisi sit
alia spẽs caloris: sicut ponit̃ in semine ca-
lor ignis celi ꝛ aie: ex diuersitate igit̃ fãtas-
matũ intelligere intellectus possibilis non
multiplicat̃ nisi scd̃m diuersaꝝ specieꝝ itel
ligentiã vt dicamus ꝗ aliud est eius intel-
ligere prout intelligit hoiem: ꝛ prout intelli
git equum: sed horum vnum intelligere si-
mul ꝯuenit oibus hoib⁹: ergo ad h. sequet̃
ꝗ idẽ itelligere numero sit hui⁹ hois ꝛ illi⁹.
3 ¶ Adhuc intellectus possibilis intelligit
hoiem: nõ scd̃m ꝗ est h hõ. sed inquantuз
est hõ simplr̃ ẜm rõnẽ speciei. hec aũt ra-
tio vna est quãtũcũqз fantasmata hominis
multiplicent̃: vel in vno hoie: vel in diuersis
ẜm diuersa indiuidua hois quoꝝ proprie
sunt fantasmata: multiplicatio igit̃ fantas-
matum non potest esse causa ꝗ multiplice
tur ipsum intelligere intellectus possibilis
respectu vnius speciei. ꝛ sic adhuc remane
bit vna actio numero diuersorum hoium.
4 ¶ Itẽ propriũ subiectũ habitus scie ẽ in
tellectus possibilis: qꝛ eius actus est consi-
derare ẜm sciam. Accidens aũt si sit vnuз
nõ multiplicatur nisi ẜm subiectũ. si igitur
intellectus possibilis sit vnus oium hoiuз:
necesse erit ꝗ scie habitus sit idem: secũdũ
speciem. puta habitus grãmatice sit idem
numero in omnibus hominibus quod est
inopinabile: non est igitur intellectus possi-
bilis vnus in oibus. ¶ Sed ad hoc dicunt Rᵒ
ꝗ subiectum habitus scientie non est intel
lectus possibilis: sed intellectus passiuus: ꝛ
virtus cogitatiua. ¶ Quod quidem eẽ nõ Improbatio
potest. (Nam sicut probat Aristo. in scd̃o capᵒ
ethico.). ex similibus actibus fiunt similes
habitus ꝛ similes etiam actus reddunt. ex
actibus autem intellectus possibilis fit ha
bitus scientie in nobis: ꝛ ad eosdẽ actus po
tentes sumus scd̃з habitũ scie: habitus igit̃
scientie est in intellectu possibili nõ passiuo.
2 ¶ Adhuc scientia est de conclusionibus
demonstrationum: nam demonstratio est
syllogismus faciens scire. (vt Aristo. dicit
in primo posteriorum). conclusiones autẽ
demonstrationum sunt vniuersales: sicut
ꝛ principia. est igitur in illa virtute que est

cognitiua vniuersalium:intellectus autem
passiuus nō est cognoscitiuus vniuersaliū
sed particularium intentionum:non est igi
tur subiectum habitus scientie.
3 ℭ Preterea contra hoc sunt plures ra-
tiones adducte supra cum de vnione in-
tellectus possibilis ad hominem ageretur.
rō dece ⸿ Videtur aūt ex hoc fuisse deceptio in
ptionis ponendo habitum scientie in intellectu pas
epi. siuo esse: qꝛ homines inueniuntur prom-
ptiores vel minus prompti ad scientiarū
considerationes secundum diuersam di-
spositionē virtutis cogitatiue ꝛ imagina-
R° tiue.⸿ Sed ista prōptitudo depēdet ab il-
lis virtutibus sicut ex dispositionibus re-
motis prout etiam dependet a bonitate ta
textu. ctus ꝛ corporis complexione.(secundum
cō.94. ꝙ dicit Aristote.in secūdo de anima). ho
mines boni tactus ꝛ mollis carnis esse be
ne aptos mente: ex habitu autem scientie
inest facultas ꝯsiderandi sicut ex proximo
principio actus : oportet enim ꝙ habitus
scientie perficiat potentiam qua intelligi-
mus vt agat cum voluerit faciliter sicut ꝛ
alij habitus potentias in quibus sunt:
2 ℭ Item dispositions predictarum vir-
tum sunt ex parte obiecti scilicet fantasma
tis quod propter bonitatem harum virtu
tum preparat̄ ad hoc ꝙ faciliter fiat intel-
ligibile actu per intellectum agentē. dispo
sitiones autem que sunt ex parte obiecto-
rum non sunt habitus:sed que sunt ex par
te potentiarum : non enim dispositiones
quibus terribilia fiunt magis tolleranda
sunt habit⁹ fortitudinis: sed dispositio qua
pars anime scilicet irascibilis disponitur
ad terribilia sustinenda:ergo manifestum
est ꝙ habitus scientie non est in intellectu
passiuo.(vt Cōmen.predictus dicit). sed
magis in intellectu possibili.
3 ℭ Item si vnus est intellectus possibilis
omniū hominū:oportet ponere intellectū
possibilē semꝑ fuisse si homines semꝑ fue-
runt sicut ponūt:ꝛ multo magis intellectū
3° de agentē.(qꝛ agens est honorabilis patiente:
aia tex. vt Aristote. dicit).sed si agēs est eternum
cō.19. ꝛ recipiens eternum oportet recepta esse
eterna:ergo species intelligiles ab eterno
fuerunt in intellectu possibili:non igitur de
nouo erit ꝙ recipiat aliquas species itelligi

biles:ad nihil aūt sensus ꝛ fantasia sunt ne
cessaria ad intelligendū:nisi vt ab eis acci-
piant̄ species intelligibiles. Sensus igit̄ nō
erit necessarius ad intelligendū neqꝫ fanta
sia.ꝛ redhibit opinio Platonis ꝙ sciaꝫ nō
acquirimus ꝑ sensus:sed ab eis excitamur
ad rememorādū prius scita.⸿ Sꝫ ad hoc R°
respondet predictus Cōmē. qꝺ spēs intelli Auct.
gibiles hñt duplex subiectū: ex vno quorū
habent eternitatē: scilicet ab intellectu pos
sibili.ab alio aūt habent nouitatē scilicet a
fantasmate:sicut etiā speciei visibilis subie
ctum est duplex scilicet res extra animaꝫ:
ꝛ potentia visiua.⸿ Hec aūt responsio sta Impro
re non potest.impossibile enim est ꝙ̄ actio batio
ꝛ perfectio eterni dependeat ab aliquo tē-
porali . fantasmata aūt tēporalia sunt ꝛ de
nouo quottidie i nobis facta ex sensu:īpossi
bile est igitur ꝙ species intelligibiles qui-
bus intellectus possibilis fit actu ꝛ operat̄
depēdeat a fantasmatibus:sicut species vi
sibilis depēdet a reb⁹: q̄ sunt extra aiam.
2 ℭ Amplius nihil recipit qꝺ iam hꝫ:qꝛ re
cipiens oꝫ esse denudatū a recipiente scđꝫ
Aristo.sed species intelligibiles ante meuꝫ
sentire vel tuū fuerunt in intellectu possibi-
li.nō.n.qui fuerunt ante nos intellexissent.
nisi itellectus possibilis fuisset reductus in
actuꝫ per species intelligibiles.⸿ Nec po
test dici ꝙ species ille prius recepte in itel
lectu possibili eē cessauerunt:qꝛ intel..ctus
possibilis nō solū recipit:sed conseruat que
recipit.(vnde in.3.de anima). dicitur esse textu.
locus specierum : igitur ex fantasmatibus cō. 6.
nostris non recipiūtur species in intellectu
possibili: frustra igitur ꝑ intellectuꝫ agentē
fiunt intelligibilia actu nr̄a fantasmata.
3 ℭ Item receptū est in recipiente per mo
dum recipientis. sed intellectus secundum
se est supra motum:ergo quod recipitur in
eo recipitur fixe ꝛ inmobiliter.
4 ℭ Preterea cū intellectus sit superior
virt⁹ ꝙ̄ sensus oportet ꝙ sit magis vnita:
ꝛ ex hoc videmus ꝙ vnus intellectus hꝫ iu
dicium de diuersis generibus sensibilium:
que ad diuersas potentias sensitiuas perti
nent.vnde accipere possumus qꝺ operatio
nes pertinentes ad diuersas potentias sen
sitiuas in vno intellectu adunātur.⸿ Po
tentiarum autem sensitiuaꝝ quedam reci-

piunt tantum vt sensus. ¶ Quedam autē retinent vt imaginatio ꝛ memoria. vnde ꝛ thesauri dicunt: oportet igit̄ qḋ intellectus possibilis. ꝛ recipiat. ꝛ retineat iā recepta.

5 ¶ Amplius in rebus naturalibus vanū est dicere quod id ad quod peruenitur per motum non permaneat: sed statim esse desinat. ¶ Propter quod repudiatur positio dicentium omnia semper moueri: oportet enim motum ad quietem terminari: multo igitur minus dici potest quod receptū in intellectu possibili non conseruetur.

6 ¶ Adhuc si ex fantasmatibus que sunt in nobis intellectus possibilis non recipit aliquas species intelligibiles: quia iam recepit a fantasmatibus eorum qui fuerunt ante nos pari ratione a nullorum fantasmatibus recipit: quas alij receperunt: sed quoslibet aliqui alij precesserunt si mundus eternus est vt ponunt. Nunquā igitur intellectus possibilis recipit aliquas species a fantasmatibus. Frustra igitur ponitur intellectus agens ab Aristote. vt faciat fantasmata esse intelligibilia actu.

7 ¶ Preterea ex hoc videtur sequi qḋ intellectus possibilis non indigeat fantasmatibus ad intelligendum. nos autem per intellectum possibilem intelligimus: neq; igitur nos sensu ꝛ fantasmate idigebimus ad intelligendum: quod est manifeste falsum: ꝛ contra sententiam Aristo. ¶ Si autem dicatur quod pari ratione non indigeremus fantasmate ad considerandum ea quorum species intelligibiles sunt in intellectu cōseruate etiam si intellectus possibiles sint plures in diuersis. (quod est contra Aristo.). qui dicit quod nequaq̄ sine fantasmate intelligit anima. ¶ Patet ꝙ non est conueniens obuiatio: intellectus enim possibilis: sicut ꝛ quelibet substantia operatur secūdū modum sue nature. Secundum autem naturam suam est forma corporis. Unde intelligit quidem immaterialia. sed inspicit ea in aliquo materiali. cuius signum est ꝙ in doctrinis vniuersalibus exempla particularia ponuntur in quibus quod dicitur inspiciatur: alio ergo modo se habet intellectus possibilis ad fantasma quo indiget ante speciem intelligibilem. ꝛ alio modo post quam recepit speciem intelligibilem. ante

Instantia ꝯ rōnes pdi.

3° de aia tex. cō. 30.

Improbatio

enim indiget eo vt ab eo accipiat speciem intelligibilem. vnde se habet ad intellectū possibilem vt ad obiectum mouens: sꝫ post speciem in eo receptam indiget eo quasi instrumento siue fundamento sue speciei. vnde se habet ad fantasmata. sicut causa efficiens: secundum enim imperium intellect⁹ formatur in imaginatione fantasma conueniens tali speciei intelligibili in quo resplendet species intelligibilis. sicut exemplar in exemplato siue in imagine: si ergo intellectus possibilis semper habuisset species. Nunquam compararetur ad fantasmata sicut recipiens ad obiectum motiuum.

2 ¶ Item intellectus possibilis est quo anima ꝛ homo intelligit. (secundum Aristote.). si autē intellectus possibilis est vnus omnium ac eternus: oportet quod in ipso iam sint recepte omnes species intelligibiles eorum que a quibuslibet hominibus sunt scita vel fuerunt. quilibet igitur nostrū qui per intellectū possibilē intelligit imnio cuius intelligere est ipm̄ itelligere: itellect⁹ possibilis itelliget oīa q̄ sunt vł fuerūt a quibuscunq; intellecta. (qḋ patet esse falsum). Ro

¶ Ad hoc autem Commen. predictus respondet dicens: quod nos nō intelligimus per intellectum possibilem: nisi secundum quod continuatur nobis per nostra fantasmata. ꝛ quia non sunt eadem fantasmata apud omnes: nec eodem modo disposita: nec quicquid intelligit vnus intelligit alius. Et videtur hec responsio cōsonare premissis. Nam etiam intellectus possibilis non est vnus: non intelligimus ea quorum species sunt in intellectu possibili: nisi adsint fantasmata ad hoc disposita. ¶ Sed quod dicta responsio non possit totaliter inconueniens euitare: sic patet: cum intellectus possibilis factus est actu per speciem intelligibilem receptā potest agere per seipsum. (vt dicit Aristote. in tertio de anima). vnde videmus ꝙ illud cuius scientiam semel accepim⁹ est in potestate nostra iterum considerare cum volumus: nec impedimur propter fantasmata: quia in potestate nostra est formare fantasmata accōmoda cōsideratōi quā volumus: nisi forte esset ipedimentū ex parte organi cuius est: sicut accidit in freneticis ꝛ litargicis q non


Auer.

Improbatio

tertiu. cō. 8.

possunt habere liberum actum fantasie et memoratiue. (Et propter hoc Aristo. dicit in .8. tertiu. cō.32. phisicorum) quod ille qui iam hz habitum scientie licet sit potentia considerans non indiget motore qui reducat eum de potentia in actum: nisi remouens prohibens: sed potest ipse exire in actum considerationis vt vult. Si autem in intellectu possibili sunt species intelligibiles omnium scientiarum quod oportet dicere si est vnus et eternus: necessitas fantasmatum ad intellectum possibilem erit: sicut est illius qui iam habet scientiam ad considerandum secundum scientiam illam: quod etiam sine fantasmatibus non posset: cum igitur quilibet homo intelligat per intellectum possibilem secundum quod est reductus in actum per species intelligibiles: quilibet homo poterit considerare cum voluerit scita omnium scientiarum: quod est manifeste falsum: sic enim nullus indigeret doctore ad acquirendum scientiam: non igitur est vnus et eternus intellectus possibilis.

De opinione Auicenne qui posuit formas intelligibiles non conseruari in intellectu possibili 74.



Redictis autem rationibus obuiare videtur quod Auicenna ponit. Dicit enim in suo libro de anima quod in intellectu possibili non remanent species intelligibiles nisi quamdiu actu intelliguntur. Quod quidem ex hoc probare nititur: quia quamdiu forme apprehense manent in potentia apprehensiua actu apprehenduntur: ex hoc enim fit sensus in actu: et similiter intellectus in actu est intellectum in actu. vnde videtur quod quandocunque sensus vel intellectus est factus vnum cum sensato vel intellecto secundum hoc quod habet formam ipsius fit apprehensio in actu per sensum. vel per intellectum. Vires autem que conseruant formas non apprehensas in actu dicit non esse vires apprehensiuas: sed thesauros virtutum apprehensiuarum: sicut imaginatio que est thesaurus formarum apprehensarum per sensum: et memoriam secundum ipsum que est secundus thesaurus intentionum apprehensarum absque sensu: sicut cum ouis apprehendit inimicitiam lupi: hoc autem contingit huiusmodi virtutibus quod conseruant formas non apprehensas actu inquantum habent quedam organa corporea in quibus recipiuntur forme receptione propinqua apprehensioni et propter hoc virtus apprehensiua conuertens se ad huiusmodi thesauros apprehendit in actu: constat autem quod intellectus possibilis est virtus apprehensiua et quod non hz organum corporeum. vnde concludit quod impossibile est quod species intelligibiles conseruentur in intellectu possibili nisi quamdiu intelligit actu. Oportet ergo quod vel ipse species intelligibiles conseruentur in aliquo organo corporeo siue in aliqua virtute habente organum corporeum. Vel oportet quod forme intelligibiles sint per se existentes ad quas comparetur intellectus possibilis noster sicut speculum ad res que videntur in speculo: Vel oportet quod species intelligibiles fluant in intellectum possibilem de nouo ab aliquo agente separato quandocunque actu intelligit. Primum autem horum trium est impossibile: quia forme existentes in potentijs vtentibus organis corporalibus sunt intelligibiles in potentia tantum. Secundum autem est opinio Platonis quam reprobat (Aristo. in methaph.). vnde concludit tertium quod quandocunque intelligimus actu fluunt species intelligibiles in intellectum possibilem nostrum ab intellectu agente quem ponit ipse quandam substantiam separatam. Si vero aliquis obijciat contra eum quod tunc non est differentia inter hominem cum primo addiscit: et cum postmodum vult considerare in actu quod prius didicit. Respondet quod addiscere nihil aliud est quam acquirere perfectam habitudinem coniungendi se intelligentie agenti ad recipiendum ab eo formam intelligibilem: et ideo ante addiscere est nuda potentia in homine ad talem receptionem: addiscere vero est sicut potentia adaptata. Videtur etiam huic opinioni consonare. (quod Aristo. in lib. de memoria). ostendit memoriam non esse in parte intellectiua: sed in parte anime sensitiua: ex quo videtur quod conseruatio specierum intelligibilium non pertineat ad partem intellectiuam. Sed si diligenter consideretur hec positio quantum ad originem: parum aut nihil differt a positione Platonis: posuit enim Plato formas intelligibiles esse quasdam substantias separatas a quibus scientia fluebat in animas nostras. hic autem ponit ab vna substantia separata que est intellectus agens secundum ipsum scientiam in animas nostras fluere. non autem

obie. ... Re. ... Improbatio positionis

differt quantum ad modum acquirēdi sciētiam verū ab vna vel pluribus substantijs separatis nostra causetur sciētia: vtrobiqz eni sequeł φ sciētia nostra nō causeł a sensibilibus: cuius cōtrariū apparet per hoc φ qui caret aliquo sensu caret sciētia sensibilium que cognoscūtur per sensū illū. ¶ Dicere aūt φ per hoc φ intellectus possibilis inspicit singularia que sunt in imaginatione: illustratur luce intellectus agētis ad cognoscēdū vle ꝛ φ actiones viriū inferiorꝝ .s. imaginationis ꝛ memoratiue ꝛ cogitatiue sunt aptātes animam ad recipiendam emanationez itelligētie agētis: est non num. Videmus eni φ anima nostra tāto magis disponił ad recipiēdū a substantijs separatis quāto magis a corpalibus ꝛ sensibilibus remouetur: per recessuz eni ab eo quod ifra est acceditur ad id qđ supra est: nō igił est verisimile qđ per hoc qđ anima respicit ad fantasmata corpalia φ disponatur ad recipiēdam influentiam intelligentie separate. ¶ Plato autē radicez sue positiōis melius est, psecutus: posuit .n. quod sensibilia nō sunt disponentia animam ad recipiēdum influentiam formarū separatarū: sed solū ergesecētia intellectū ad cōsiderādum ea quoꝝ sciētiaz habebat ab exteriori causatam: ponebat eni φ a principio a formis separatis causabatur sciētia in animabus nostris omnium scibilium. vnde addiscere dixit esse quoddam reminisci. ꝛ hoc necessarium est secundum eius positionem. nam cum substantie separate sint immobiles. ꝛ semper eodem modo se habentes: semper ab eis resplendet sciētia rerum in anima nostra: que est eius capax. ¶ Amplius quod recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Esse autem intellectus possibilis est magis firmū quam esse materie corporalis. Cum igitur forme fluentes in materiam corporalem ab intelligentia agente secundum ipsam conseruentur in ea: multo magis conseruētur in itellectu possibili. ¶ Adhuc cognitio itellectiua est pfectior sensitiua: si igił in sensitiua cognitiōe ē aliqđ cōseruās apphēsa: multo fortiꝰ hoꝰ erit i cognitiōe intellectua. ¶ Item videmus quod diuersa que in inferiori ordine potentiarum pertinent ad diuersas potentias: in superiori ordine pertinent ad vnum sicut sensus communis apprehendit sensata omniū sensuum propriorum: apprehendere igitur ꝛ cōseruare que in parte anime sensitiue pertinent ad diuersas potentias: oportet quod in suprema potentia: scilicet intellectu vniantur. ¶ Preterea intelligentia agens secundū ipsum influit omnes sciētias: si igitur ad discere nihil est aliud q̄ aptari vt vniatur intelligentie agenti: qui addiscit vnam sciētiam non magis addiscit illam quam aliā quod patet esse falsum. patet etiam quod hec opinio est contra sententiam Aristotelis, qui dicit in tertio de anima φ intellectus possibilis est locus specierum: quod nihil aliud est dicere q̄ ipsuz esse thesaurum intelligibilium specierum vt verbis Auic. vtamur. ¶ Item postea subiungit quod quando intellectus possibilis acquirit sciētiam est potens operari per seipsum licet non actu intelligat: non igitur indiget influentia alicuius superioris agētis. (Dicit etiam in .8 phisicorū). φ ante addiscere est homo in potentia essentiali ad sciētiam: ꝛ ideo indiget motore per quem reducatur in actum: nō autem postq̄ iaz addidicit indiget per se motore: ergo non indiget influentia intellectus agentis. (Dicit etiam in .3. de anima). φ fantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum: vnde patet φ species intelligibiles sunt intellectu possibili a fantasmatibus. ꝛ nō a substātia separata. ¶ Rationes autem que videntur in contrarium esse non est difficile soluere intellectus eni possibilis est in actu pfectio secundum species intelligibiles: cum considerat actu: cū vero non considerat actu: non est in actu pfectio secundum illas species: sed se habet medio modo inter potentiam ꝛ actū. (Et hoc est quod Aristo. dicit in tertio de anima). φ cum hec pars. (.s. intellectus possibilis). vnaqueqz sciat sciens dicitur secūdum actum. hoc aut accidit cum possit operari per seipsum: est quidem: ꝛ tunc potentia simile quodammodo: non tamen similiter est ante addiscere aut inuenire. Memoria xo in parte sensitiua ponitur: quia est actus alicuꝰ: put cadit sub deter-

tex.cō. 32.

tex.cō. 39.

Ad rōnes i cōtrarium.

tex.ꝯ.8.

minato tempore: nō est nisi preteriti: et ideo cum nō abstrahatur a singularibus conditionibus non pertinet ad partem intellectiuam que est vniuersalium: sed per hoc nō excluditur quin intellectus possibilis sit cōseruatiuus intelligibilium que abstrahuntur ab oibus conditionibus particularib⁹.

¶ Solutio rationū quibus videtur ꝓbari vnitas intellectus possibilis. 75.



Ad probandum aūt vnitatem intellectus possibilis quedā rationes adducuntur quas opꝫ ostēdere efficaces nō eē. ¶ Videt.n. ꝙ ois forma que est vna fm spēm et multiplicat fm numerū indiuidut p materiā: que.n. sunt vnū spē et multa fꝫ numerū cōueniunt in forma et distinguūtur fm materiā: si igitur itellectus possibilis in diuersis hominib⁹ sit multiplicatus fꝫ numerū cū sit vn⁹ fm spēm: oꝫ ꝙ sit indiuiduat⁹ in hoc et in illo per māꝫ. nō aūt p māꝫ ꝗ sit ps sui: qꝛ sic esset receptio eius de genere receptiōis p̄rie et reciperet formas indiuiduales: quod est cōtra nām itellectus. Relinquit ergo ꝙ indiuiduet p naturā que est corpus hois: cuius ponitur forma. ¶ Ois āt forma idiuiduata p materiam cuius est actus: est forma materialis: oportet.n. ꝙ esse cuiuslibet rei dependeat ab eo a quo dependet idiuiduatio ei⁹: sicut.n. pricipia coia sunt de essentia spēi: ita pricipia indiuiduātia sunt de essentia hui⁹ indiuidui. sequit ergo ꝙ itellectus possibilis sit forma mālis: et p cōsequēs ꝙ nō recipiat aliqd: neqꝫ operet sine organo corpali. qd est ēt cōtra nāꝫ itellectus possibilis: igit intellect⁹ possibilis nō multiplicat in diuersis hoibus: sed est vnus omniū hominuꝫ.

p⁹ rō ꝓ opi. falsa auer.

2 ¶ Item si intellectus possibilis esset alius in hoc et in illo homine: oporteret ꝙ species itellecta esset alia numero in hoc. et in illo: vna vero in specie. cum enim specierum intellectarum in actu proprium subiectum sit intellectus possibilis: oportet ꝙ multiplicatio intellectu possibili multiplicentur species intelligibiles secundum numerum: in diuersis speciem autem aut forme que sunt eedem secundum speciem et diuerse secundum numerum sunt forme indiuiduales que nō possunt est forme intelligibiles: quia intelligibilia sunt vniuersalia non particularia: impossibile est igitur intellectum impossibileꝫ esse multiplicatum in diuersis indiuiduis hominum: necesse est igitur ꝙ sit vnus in omnibus.

hanc rō nē innuit auer. In principio. 9. 5. tertii de aia: vbi appellat itellectū possibilē itellectū mālem: di. eū eē nāꝫ alteri⁹ nāe a natura māe p̄rie: et a nā forme et a natura ꝯgregati.

3 ¶ Adhuc magister sciētiā quā habꝫ trāsfūdit in discipuluꝫ: aut igitur eādeꝫ numero aut aliā diuersam in spē. secunduꝫ videtur ipossibile eē: qꝛ sic magister cāret scientiam suā in discipulo sicut causat formam suam in aliquo generādo sibi simile in spē quod videtur ꝑtinere ad agētia materialia opꝫ ergo quod eandē scientiā numero causet in discipulo quod eē nō posset nisi esset vnus intellectus possibilis vtriusqꝫ: necesse igitur videtur intellectum possibileꝫ esse vnum omnium hominum. ¶ Sicut autē iprobata predicta positio veritatem non habꝫ. (vt ostēsum est). ita rationes posite ad ipsam confirmādaꝫ facile solubiles sunt. ¶ Cōfitemur enim intellectum possibilem eē vnū specie in diuersis hominibus: plures autē secundum numerum: vt tamen nō fiat in hoc vis ꝙ partes hominis non ponuntur in genere vel spē fm se: sed solum vt sunt principia totius: nec tamē seqtur ꝙ sit forma materialis fm esse dependens a corpore: sicut enīꝫ anime humane fm suam speciem competit ꝙ tali corpori secunduꝫ speciem vniatur: ita hec anima differt ab illa numero solo: ex hoc quod ad aliud numero corpus habitudinē habet. et sic indiuiduantur anime humane. et per cōsequēs intellectus possibilis qui est potentia anime humane secundum corpora non quasi indiuiduatione a corporibus causata.

Imp̄bata p̄di. rationum. ad p^am.

¶ Secūda vo ratio ipsius deficit ex hoc ꝙ distinguit inter id quo intelligitur. et id quod intelligitur: species enim recepta in intellectu possibili non habꝫ se vt quod intelligitur. cum enim de his que intelliguntur sint omnes artes et scientie: sequeretur quod omnes scientie essent de speciebus existentibus in intellectu possibili: quod patet esse falsum. Nulla enim scientia de eis aliquid considerat nisi naturalis et methaphisica: sed tamen per eas quecunqꝫ sunt in omnibus scientijs cognoscuntur: habet se igitur species intelligibilis recepta in in ad 2^am.

tellectu possibili in intelligēdo sicut id quo
intelligitur: sicut ⁊ species coloris in oculo
non est id qđ videtur: sed id quo videmus.
id vero quod intelligitur est ipsa ratio re-
rum existentium extra animam: sicut etiā
⁊ res extra animam existētes visu corpora
li vidētur. Ad hoc eni inuēte sunt artes ⁊
scientie vt res in suis naturis: cognoscan-
tur: neqꝫ tamen opꝫ ꝙ si sciētie sunt de vni
uersalibus ꝙ vniuersalia sint extra aīam
per se subsistētia: sicut Plato posuit: quā-
uis eni ad veritatē cognitionis necesse sit:
vt cognitio rei respōdeat: nō tamē opꝫ ꝙ
idem sit modus cognitionis ⁊ rei: que eni
coniūcta sunt in re interdū diuisim cogno-
scuntur: simul eni vna res est ⁊ alba ⁊ dul-
cis: visus tamē cognoscit solā albedinem ⁊
gustus solā dulcedinē: sic etiā ⁊ intellectus
intelligit lineā in materia sensibili existen-
tem absqꝫ mā sensibili: lꝫ etiaꝫ cū materia
sensibili intelligere posset: hec autē diuersi
tas accidit sm diuersitatē spēꝝ intelligibi-
lium in intellectu receptaꝝ: que qñqꝫ est si
militudo quātitatis tm̄. qñqꝫ vero substan-
tie sensibilis quāte. ¶ Similiter autē licet
natura generis est spēi nunqꝫ sit nisi in his
indiuiduis: intelligit tamē intellectus natu
ram spēi ⁊ generis nō intelligēdo principia
indiuiduātia. ⁊ hoc est intelligere vlia: ⁊ sic
hec duo nō repugnant ꝙ vniuersalia non
subsistant extra animam. Et ꝙ intellectus
intelligēs vniuersalia intelligat res que sūt
extra animam: quod autem intelligat in-
tellectus naturā generis vel spēi denuda-
tam a principijs indiuiduantibus cōtingit
ex cōditione spēi intelligibilis in ipso rece-
pte que est imaterialis effecta per intelle-
ctum agentē. vtpote abstracta a materia ⁊
conditionibus materie quibus aliquid in
diuiduatur. Et ideo potentie sensitiue non
possunt cognoscere vniuersalia qꝛ non pñt
recipere formam imaterialem cū recipiā-
tur semꝑ in organo corꝑali: nō igit̄ opꝫ eē
numero vnā spēm intelligibilē huius intel
ligētis ⁊ illius: ad hoc. n. sequeret̄ esse vnū
intelligere. numero huius ⁊ illius cū opa-
tio sequatur formā que est principiū speciei
sed opꝫ ad hoc ꝙ sit vnum intellectū ꝙ sit
vnius ⁊ eiusdē similitudo: ⁊ hoc est possibile si
spēs intelligibiles sint numero diuerse: ni-
hil eni ꝓhibet vnius rei fieri plures imagi
nes differentes: ⁊ ex hoc cōtingit ꝙ vnus
hō a pluribus videtur: nō igitur repugnat
cognitioni vni intellectus ꝙ sint diuerse spe
cies intelligibiles in diuersis. ¶ Nec pro-
pter opꝫ ꝙ si spēs intelligibiles sint plures
numero ⁊ eedē specie ꝙ nō sint intelligibi
les actu: sed potentia tm̄ sicut alia indiui-
dua: nō eniꝫ hoc qđ est esse indiuiduū repu
gnat ei quod est esse intelligibile actu: opꝫ
enim dicere ipsum intellectum possibilē ⁊
agentē si ponātur quedā substātie separa-
te corpori nō vnite ꝑ se subsistētes quedaꝫ
indiuidua esse: ⁊ tamē intelligibilia sunt: sed
id qđ repugnat intelligibilitati est mālitas:
cuius signum est ꝙ ad hoc ꝙ fiant forme
reꝝ materialium intelligibiles actu: opor-
tet ꝙ a materia abstrahantur. ⁊ ideo in il-
lis in quibus indiuiduatio fit per hanc ma
teriam signatam indiuiduata non sunt in
telligilia actu: si autē indiuiduatio fiat nō
per naturam nihil prohibet ea que sunt in
diuidua esse actu intelligibilia species au-
tem intellig biles indiuiduantur per suum
subiectū qui est intellectus possibilis sicut
⁊ oēs alie forme: vñ cū intellectus possibil̄
nō sit mālis nō tollitur a spēbus idiuidua-
tio ꝑ ipsum quin sint intelligibiles actu.
2 ¶ Preterea in rebus sensibilibus sicut
nō sunt itelligibilia actu indiuidua que sūt
D faciliorem vero. p̄miſſaꝝ rōnū ſolutionē p̄mittēda ſūt q̄dā ad exponēdū ordinē ꝛ ꝓceſſū generationis humane ꝛ gn̄aliter aialis. ¶ Primo itaqꝫ ſciendū eſt falſā eē opinionē quorūdā dicētiū ꝙ opera vite q̄ apparēt in embrione ante vltimū ꝯplemētū nō ſunt ex aliqua anima vel virtute anime in eo exiſtēte: ſed ex aia matris. ¶ Si.n.hoc eēt verū iā embrio nō eēt animal: cū oē animal ex anima ꝛ corpore ꝯſtet: operatiōes etiā vite nō ꝓueniunt a principio actiuo extrinſeco: ſꝫ ab intranea virtute in quo p̄cipue a nō viuentibus viuentia videntur diſcerni quoꝝ eſt ꝓpriū mouere ſeipſa: qđ.n. nutritur aſſimilat ſibi nutrimētū. vñ oꝫ in nutrito eē virtutē nutritōis actiuā: cū agens ſibi ſimile agat. ꝛ multo eſt hoc manifeſtius in operibus ſenſus. nā videre ꝛ audire cōuenit alicui per virtutē aliquā in ipſo exiſtentē non in alio. vñ cū embrio inueniatur nutriri ante vltimū ꝯplementū. ꝛ etiā ſentire nō pōt hoc attribui anime matris. ¶ Nec tñ pōt dici ꝙ in ſemine ab ipſo p̄ncipio ſit anima ſm ſuā eſſentiā ꝯpletā: cuius tñ operatōes nō apparēt ꝓpter organoꝝ defectū. ¶ Nā cū anima vniatur corpori vt forma: non vnitur niſi corpori cuius eſt ꝓprie act⁹: eſt aūt aia act⁹ corporis organici: nō eſt igiť añ organizationē corporis in ſemīe aiā actu: ſꝫ ſolū potētia ſiue virtute. (vñ Ariſto. dicit in.2.de aia ꝙ ſemē ꝛ fructus ſic ſunt potētia vitā hñtia ꝙ abijciūt animā). i. anima carent: cū tñ id cui⁹ anima eſt actus ſit potētia vitā hñs: nō tñ abijciēs animā. ¶ Sequereť ēt ſi a principio aia eēt in ſemine ꝙ gn̄atio animalis eēt ſolū ꝑ deciſionē. ſicut eſt in aialibus anuloſis ꝙ ex vno ſiūt duo. ¶ Semē.n. ſi ſtatim cū eſt deciſuꝫ animā haberet: iā haberet formā ſubſtātialeꝫ: omnis autem generatio ſubſtantialis precedit formam ſubſtantialem non eam ſequitur. ſi que vero trāſmutatōes formam ſubſtantialeꝫ ſequunť. nō ordinātur ad eē generati: ſed ad bene eē ipſius: ſic igiť generatio animalis cōpleretur in ip̄a deciſione ſeminis. oēs āt trāſmutatōes ſequētes eēnt ad gn̄ationē impertinētes. ¶ Sꝫ adhuc magis eſt ridiculū. ſi hoc de aia rōnali dicatur: tum quia impoſſibile eſt vt diuidatur ſm diuiſionē corporis ad hoc vt in deciſo ſemine eſſe poſſet: tū qꝛ ſeq̄retur ꝙ in oibus pollutionibus ex quibus cōceptus nō ſequiť: nihilominus rōnales aie multiplicarentur. ¶ Neqꝫ etiā dici pōt, quod quidā dicūt: ꝙ ſi a pricipio deciſiōis in ſemine nō ſit aia actu: ſed virtute ꝓpter deficientiā organorū: tamē ipſamet virtutē ſeminis qđ eſt corp⁹ organizabile ꝛ ſi nō organizatū: eē ꝓportionaliter ſemini aiam in potētia ſꝫ nō actu. ¶ Et quia vita plāte pauciora requirit organa q̄ꝫ vita aialis prio ſemine ſufficienter ad vitā plāte organizato ipaꝫ p̄dictā virtutē fieri aiam vegetabilē. Deinde organis magis perfectis ꝛ multiplicatis eandē ꝑduci vt ſit anima ſenſitiua. Vlterius aūt forma organorū ꝑfecta eādem aiaꝫ fieri rationalē: nō q̄dem ꝑ actionē virtutis ſeminis: ſed ex influxu exterioris agentis: ꝓpter quod ſuſpicanť. (Ariſto. dixiſſe intellectum ab extrinſeco eſſe in libro de generatione aialiū). ¶ Secūdū.n. hāc poſitionē ſequereť ꝙ aliqua virtus eadē nūero nūc eſſet aia vegetabilis tantū: ꝛ poſtmodū aia ſenſitiua: ꝛ ſic ipſa forma ſubſtātialis cōtinue magis ac magis ꝑficereť. ¶ Et vlterius ſequereť ꝙ nō ſimul: ſꝫ ſucceſſiue educeretur forma ſubſtātialis de potētia in actū. ¶ Et vlteri⁹ ꝙ generatio eſſet motus cōtinu⁹ ſicut ꝛ alteratio: q̄ oia ſūt impoſſibilia in nā. ¶ Sequereť ēt adhuc mai⁹ incōueniēs. ſ. ꝙ aia rōnalis eēt mortalis. ¶ Nihil.n. formaliter alicui rei corruptibili adueniēs facit ipm eſſe incorruptibile ꝑ nāꝫ: alias corruptibile mutaretur in icorruptibile: quod eſt impoſſibile: cū differant ſꝫ gen⁹. (vt dicit in.x.metaph). ſubſtātia aūt aie ſenſibilis cū ponať eſſe ꝑ accñs generata a corpe generato in ꝓceſſu predicto: de neceſſitate eſt corruptibilis ad corruptiōeꝫ corporis. Si igitur ipſamet ſit rationalis quodā lumine intrinſec⁹ iducto quod formaliter ſe habet ad ipſam. eſt.n. ſenſitiuū: potentia intellectiuum de neceſſitate: ſequitur ꝙ anima rationalis corpore corruptio corrumpitur: quod eſt impoſſibile. (vt ſupra probatum eſt). ꝛ fides catholica docet. ¶ Nō igitur ipſamet virtus que cum ſemine deciditur

p̄miſſū p^m deſtruēs q̄dā falſā opi.

p̄miſſū 2^m deſtruens aliā cōcluſionē falſam

tertu. cō.10.

p̄miſſū 3^m deſtruens aliam opi. falſam

incōueniētia q̄ ſecūtur pōnem predi.

tertu. cō.26.

Con⁹ vera.

⁊ dicit̃ formatiua est aīa:neq3 in ꝓcessu ge
neratiōis fit aīa:sed cū ipsa fundet̃ sicut in
proprio subiecto in spiritu:cuius est semen
contentiuū:sicut quoddā spumosū operat̃
formationē corporis prout agit ex vi aīe pa
tris.cui attribuit̃ generatio sicut principali
generanti: nō ex vi aīe concepti etiā postq̄
aīa inest:nō.n. conceptū generat seipsum:
sed generatur a patre.¶ Et hoc patet di-
scurrenti ꝑ singulas virtutes aīe. Nō eni3
pōt attribui aīe embrionis rōne virtutis
generatiue.Tum q2 vis generatiua nō h3
suam operationē nisi cōpleto opere nutriti
ue ⁊ augmentatiue que ei deseruiunt:cum
generare sit iam ꝑfecti.Tum q2 opus ge-
neratiue nō ordinat̃ ad perfectionē ipsi⁹ in
diuidui.sed ad speciei cōseruationē. Nec ēt
pōt attribui virtuti nutritiue cui⁹ opus est
assimilare nutrimentū nutrito.qd̓ hic non
apparet:nō enim nutrimentū in ꝓcessu for
mationis trahitur in similitudinē preexistē
tis:sed perducitur ad perfectionē formam
⁊ viciniorē similitudini patris. Similiter
nec augmentatiue ad quā nō pertinet mu-
tatio ſm formā: sed solum ſm quantitatē.
de sensitiua aūt ⁊ intellectiua p3. qd̓ nō h3
aliquod opus formationi tali appropriatū.
Relinquit̃ igit̃ ꝙ formatio corporis preci-
pue quātū ad primas ⁊ principales partes
nō ē ab aīa genita:nec a virtute formatiua
agente ex vi eius:sed agente ex vi aīe gene-
ratiue patris. Cuius opus est facere simile
generanti scd̓m speciem. hec igitur vis for
matiua eadē manet in spiritu predicto a ꝑn
cipio formationis vsq3 in finē:species tamē
formati nō manet eadē.nā primo hab3 for
mam seminis:postea sanguinis: ⁊ sic inde
quousq3 veniat ad vltimū cōplementū.Li
cet enim generatio simpliciū corpoꝝ nō ꝓ
cedat scd̓m ordinē:eo ꝙ quodlibet eoꝝ h3
formā immediatā māe prime. In genera-
tione tñ corpoꝝ alioꝝ o3 eē generationū or
dinē ꝓpter multas formas intermedias in
ter primā formā elementi ⁊ vltimam for-
mam ad quā generatio ordinat̃. ⁊ ideo sūt
multe generatiōes ⁊ corruptiones sese con-
rēonet̃ sequentes. ¶ Nec est inconueniens si ali-
icōueni quid itermedioꝝ generat̃.⁊ statim postmo
ens ap- du3 interrūpit̃.q2 inter media nō habēt spe
parens ciem cōpletā:sed sunt vt in via ad speciem:
⁊ ideo nō generant̃ vt ꝑmaneāt:sed vt ꝑ ea
ad vltimum generatu3 perueniat̃. ¶ Nec ad aliō
est mirum si tota generatiōis trāsmutatio appa-
nō est cōtinua:sed sunt multe generatiōes rēs icō
itermedie:quia hoc etiam accidit in alte- ueniens
ratione ⁊ augmēto:nō eñi est tota altera-
tio ꝯtinua:neq3 totū augmētum:sed solu3
motus localis est vere cōtinuus.(vt patet textu.
in.8.phisicorum). quanto igitur aliqua for cō.64.
ma est nobilior ⁊ magis distās a forma ele ⁊ infra
menti:tanto oportet esse plures formas in-
termedias quib⁹ gradatim ad formā vlti-
mā veniat̃.⁊ ꝑ cōsequēs plures generatio
nes medias.⁊ ideo in generatiōe aīalis ⁊
hoīs in qbus est forma ꝑfectissima:sūt plu
rime forme ⁊ generationes itermedie.⁊ ꝑ
cōsequēs corruptiōes:q2 generatio vnius
est corruptio alteri⁹.Anima igit̃ vegetabi-
lis que prio inest cū embrio viuit vita plan
te corrūpitur:⁊ succedit aīa ꝑfectior que est
nutritiua ⁊ sensitiua simul:⁊ tūc embrio vi
uit vita aīalis.hac aute3 corrupta succedit
aīa rōnalis ab extrinseco immissa licet pre
cedentes fuerint virtute seminis. ¶ His
igit̃ visis facile est respondere ad obiecta. forma-
¶ Quod.n.prio obijcit̃ oportere aīam sen lis sl̓o
sitiuā eādē modū originis in hoīe ⁊ in bru ad pᵃᵐ
tis habere ex eo ꝙ aīal de eis vniuoce ꝑdi rōnem
catur.¶ Dicim⁹ hoc necessariū nō eē.⁊ si ꝑce.ca.
.n.aīa sensitiua in hoīe ⁊ bruto cōueniāt ſ3
generis rōnē:differūt tñ spē sicut ⁊ ea quo
rū sūt forme:sicut.n.aīal qd̓ est homo ab
alijs aīalibus spē differt ꝑ hoc qd̓ ē rōna-
le:ita aīa sensitiua hoīs ab aīa sensitiua bru
ti spē differt ꝑ hoc ꝙ est ēt itellectiua.Aīa
igit̃ in bruto habet id quod est sensitiuū tā
tum:⁊ ꝑ cōsequēs nec eē nec ei⁹ opatio su-
pra corpus eleuat̃.vñ o3 ꝙ simul cū gñatio
ne corꝑis generet̃.⁊ cū corruptiōe corrūpat̃.
Anima autē sensitiua in homine cum ha-
beat supra sensitiuam naturam vim intel-
lectiuā ex qua oportet ꝙ ipsa substātia aī-
me sit secundū esse ⁊ operationē supra cor
pus eleuata:neq3 ꝑ generatione3 corporis
generatur:neq3 ꝑ eius corruptionem cor-
rūpitur.Diuersus ergo modus originis in
animabus predictis nō est ex parte sensiti-
ui ex quo sumitur rō generis: sed ex parte
itellectiui ex quo sumit̃ differentia speciei.
vnde nō potest cōcludi diuersitas generis:

ad 2um sed sola diuersitas spēi. ¶ Quod vero secūdo obijcit̄ conceptū prius eē aial q̄ hoiem: non ostēdit rōnalē aiam cū semine ꝓpagari. nā aia sensitiua p quā aial erat nō manet. sed ei succedit aia q̄ est simul sensitiua ꝛ intellectiua ex q̄ est aial ꝛ hō simul. (vt ex dictis
ad 3um p3). ¶ Qd̄ vero tertio obijcit̄. diuersoꝝ agētiū actōes nō terminari ad vnū factū: itelligendū de diuersis agētibꝰ nō ordinatis. Si. n. ordinata sunt adinuicē oꝫ eoꝝ eē vnū effectū. nā cā agens prima agit in effectuꝫ cause scd̄e agentis vehementius: q̄ etiam ipsa cā scd̄a: vnde videmus ꝙ effectus qui per instrumentum agit a principali agente magis proprie attribuit̄ principali agēti q̄ instrumento: ꝯtingit aūt q̄nqꝫ ꝙ actio principalis agentis pertingit ad aliquid in operato ad qd̄ nō pertingit actio instrumenti: sicut vis vegetatiua ad spēm carnis perducit ad quā nō pōt pducere calor ignis qui est eius instrumentū: lꝫ operat̄ disponendo ad eā resoluēdo ꝛ ꝯsumendo: cū igitur ois virtus nature actiua ꝯparetur ad deum: sicut instrumētū ad primū ꝛ p̄ncipale agēs: nihil ꝓhibet in vno ꝛ eodē generato qd̄ est hō actionē nature ad aliquid hominis terminari ꝛ nō ad totū qd̄ fit actōe dei: corpꝰ igit̄ hominis format̄ simul ꝛ virtute dei q̄si principalis agentis ꝛ primi. ꝛ etiā virtute seminis quasi agentis scd̄i. sed actio dei
ad 4um ꝓducit aiam humanā quā virtus seminis ꝓducere nō pōt: sed disponit ad eā. ¶ Vnde p3 solutio ad quartū. Sic enim hō sibi simile in specie generat inquantū virtus seminis eius dispositiue opatur ad vltimaꝫ
ad 5um formā ex q̄ hō spēꝫ sortit̄. ¶ Deū vero adulteris cooperari in actōe nature: nihil est incōueniens: nō enim nā adulteroꝝ mala est sed voluntas. actio autē q̄ est ex virtute seminis ipsoꝝ est nālis nō voluntaria. vñ nō est incōueniens si deus illi opatiōi coopat̄
ad 6um vltimā pfectionē inducēdo. ¶ Qd̄ vero. 6. obijcitur p3 ꝙ nō de necessitate concludit. ¶ Et si. n. dicat̄ ꝙ corpus hois formetur prius q̄ aia creetur aut ecōuerso. nō sequitur ꝙ idē hō sit prior seipso: nō. n. hō est suū corpus: neqꝫ sua aia: sequitur aūt ꝙ aliq̄ pars eius sit altera prior: qd̄ nō est incōueniens. nā mā tēpore est prior forma: materiā dico sm ꝙ est in potentia ad formā nō sm qd̄ actu est per formā pfecta: sic. n. est simul cū forma: corpus igit̄ humanū sm ꝙ est in potentia ad aiam. vtpote cū nōdū h3 aiaꝫ est prius tpe q̄ aia. tūc aūt nō est humanum actu: sed potētia tantū. cū vero est humanū actu quasi p aiam humanā pfectū non est prius: neqꝫ posterius aia. sed simul cum ea.
¶ Neqꝫ ēt sequit̄ si aia ex virtute seminis ad 7um nō ꝓducit̄: sed solū corpus ꝙ sit ipfecta opatio tā dei q̄ nature. (vt septima rō ꝓcedebat). virtute. n. dei vtrūqꝫ fit ꝛ corpꝰ ꝛ aia: licet formatio corporis fit ab eo mediante virtute seminis nāli: aiam aūt imediate ꝓducat. ¶ Neqꝫ ēt sequitur ꝙ actio virtutis seminis fit ipfecta. cū perficiat hoc ad qd̄ est. ¶ Sciēdū ēt in semine virtute con ad 8um tineri oia illa q̄ virtutē corporeā non excedunt. sicut fenū culmus internodia. ꝛ filia ex quo ꝯcludi non pōt ꝙ id hois qd̄ totaꝫ virtutē corporeā excedit in semine virtute contineat̄. (vt octaua ratio concludebat).
¶ Qd̄ aūt operationes aie videntur perfi- ad 9um cere in ꝓcessu gn̄ationis hūane: sicut ꝓficiunt corporis partes: non ōndit aiam humanā ꝛ corpus idē principiū hr̄e. sicut nona ratio ꝓcedebat. sed ōndit ꝙ dispositio partiū corporis est necessaria ad aie operationeꝫ.
¶ Qd̄ aūt decimo obijcitur corpus aie cō ad decimam figurari ꝛ ob hoc aiam sibi corpus simile p parare partim qdē est verū. partim auteꝫ falsum: si enim itelligat̄ de aia generantis est veꝝ qd̄ dicit̄. falsū aūt si itelligat̄ de aia generati: non. n. virtute aie generati formatur corpus q̄tū ad primas ꝛ p̄cipuas partes. sed virtute aie generantis. (vt supra ꝓbatū est). silr ēt ois mā sue forme configuratur. non tñ hec configuratio fit ex actione generati: sed ex actione forme generātis.
¶ Qd̄ aūt vndecimo obijcit̄ de seminis vi- ad vndecimam ta in p̄ncipio decisionis: p3 qdē ex dictis rō eē viuā nisi in poᵃ. vñ tūc aiam actu nō h3 sed virtute: in ꝓcessu aūt gn̄ationis h3 aiaꝫ vegetabilē ꝛ sensibilē ex virtute seminis q̄ nō manēt: sed trāseunt aia rōnali succedente. ¶ Neqꝫ ēt si formatio corporis aiaꝫ humanaꝫ p̄cedit: sequit̄ ꝙ aia sit pp corpus. ad duodecimā (vt duodecima rō inferebat). est. n. aliquid ꝓpter alteꝝ dupl̄r. ¶ Vno mō pp eiꝰ operation̄: siue ꝯseruationē vel quicquid hmōi est qd̄ sequit̄ ad eē: ꝛ hmōi sunt posteriora

eo ꝓpter quod sunt sicut vestimenta sunt
propter hominē ⁊ instrumenta ꝓpter arti
ficem.¶ Alio modo est aliquid ꝓpter al-
terum.i.propter esse eius:⁊ sic quod est ꝓ
pter alterū est prius tēpore:⁊ natura poste
rius.hoc autē modo corpus est ꝓpter ani
mam:sicut etiam omnis materia propter
formā.secus aūt esset si ex anima ⁊ corpo-
re nō fieret vnū secūdū esse sicut dicūt qui
ponūt animaʒ non esse corporis formam .
¶ Q̄ꝫ nulli alij corpi nisi humano vnit̄ sub
stantia intellectualis vt forma. 90.



Uia vero ostē-
suʒ est
substantiā aliquā itellectua-
leʒ vniri corpori vt forma.s.
aiam humanā :ingrendūʒ re
stat vtrū alicui alteri corpori aliqua substā
tia itellectualis vt forma vniat̄.¶ Et qui-
dē de corporib⁹ celestibus ꝙ sint animata
pñti li° aia itellectiuali.(supi⁹ est oñsuʒ qd de hoc
ca°.70. Aristo.senserit:⁊ ꝙ Aug.hoc sub dubio de
reliqt).vñ pñs igsitio circa corpa elemēta
ria versari debet.Q̄ꝫ āt nulli corpi elemē-
tari substātia itellectualis vniat̄ vt forma
nisi hūano: euidēter appet.¶ Si.n.alteri
corpi vniat̄: aut vnit̄ corpi mixto: aut sim
plici. Non aūt pōt vniri corpori mixto:qꝛ
oporteret illud corp⁹ maxie eē eq̄lis cōple-
xionis ſm suū gen⁹ iter cetera corpa mi-
xta:cū videam⁹ corpora mixta tāto nobilio
res formas hr̄e: q̄to magis ad tēperamē
tuʒ cōmixtiōis pueniūt:⁊ sic qd hʒ formā
nobilissimā vtpote substātiā itellectualē si
sit corp⁹ mixtū oʒ eē tēperatissimū. Vñ ēt
videm⁹ ꝙ mollicies carnis ⁊ bonitas tact⁹
q̄ eq̄litatis cōplexiōis demōstrāt sūt signa
boni itellectus:cōplexio aūt maxie equalis
est cōplexio corporis hūani:opʒ igit̄ si sub-
stātia itellectualis vniat̄ alicui corpori mi-
xto ꝙ illud sit eiusdē nāe cū corpore huma
no:forma etiā ei⁹ eēt eiusdē nāe cū aia hu-
mana si esset substātia itellectualis:nō igit̄
esset differētia secūdū speciē iter illud aial
⁊ hominē.¶ Similiter autem neqꝫ corpo
ri simplici puta aeri aut aque aut igni aut
terre vniri potest substantia intellectualis
vt forma. Vnūquodqꝫ enim horū corpo-
rum est simile in toto ⁊ partib⁹:eiusdē eni
nature ⁊ speciei est pars aeris ⁊ totus aer
etenim eundē motū hʒ:⁊ siīr de alijs:siīb⁹
aūt motoribus siles forme debent̄:si igitur
aliqua pars alicuius dictoꝝ corpoꝝ sit aia
ta aia intellectuali puta aeris: totus aer ⁊
oēs partes eius eadē rōne erūt aiata.hoc
aūt manifeste appet eē falsū. nā nulla opa-
tio vite appet in partib⁹ aeris vel alioꝝ sim
pliciū corpoꝝ.nō igit̄ alicui parti aeris vel
siliū corpoꝝ subā itellectual̄ vnit̄ vt forma.
2 ¶ Adhuc si alicui simpliciū corpoꝝ vnit̄
aliqua subā intellectualis vt forma. aut ha
bebit intellectū tm̄.aut habebit alias poten
tias. vtpote q̄ ptinent ad partē sensitiuam.
aut nutritiuā.sicut est in hoie. Si aūt hʒ in
tellectū tm̄. frustra vnit̄ corpori:ois.n. for-
ma corporis hʒ aliquā propriā opationē p
corpus.intellectus aūt hʒ aliquā opationē
ad corpus ptinentē. nisi ſm ꝙ mouet cor-
pus. intelligere.n.ipsum nō est opatio que
per organū corporis exerceat̄. ⁊ eadē rōne.
nec velle:eltorum ēt motus sunt a mouen-
tibus nālibus.s.a generātibus ⁊ nō mouet
seipsa.vñ nō opʒ ꝙ propter eoꝝ motū sint
aiata. Si aūt hʒ subā intellectualis q̄ poni
tur vniri elemento aut parti eius alias aie
partes cū partes ille sint partes aliquoruʒ
organoꝝ:oportebit in corpore elemēti inue
nire diuersitatē organoꝝ.qd repugnat sim
plicitati ipsius. nō igit̄ subā intellectualis
pōt vniri. vt forma alicui elto aut parti ei⁹.
3 ¶ Amplius q̄to aliqd corpus est ꝓping
us māe pme:tāto est ignobilius.vtpote ma
gis in potētia exn̄s ⁊ minus in actu ꝯple-
to.elemēta aūt ipsa sunt ꝓpinquiora mate
rie prie q̄ corpora mixta:cū ⁊ ipsa sint mi-
xtoꝝ corpoꝝ mā prima.sunt igit̄ elemētoꝝ
corpora ignobilia ſm suā spēm corporibus
mixtis.cū igit̄ nobilioris corporis sit nobili
or forma:ipossibile est ꝙ nobilissima forma
q̄ est aīa itellectiua:sit vnita corpib⁹ eltorū.
4 ¶ Itē si corpora eltoꝝ aut aliq̄ partes
eoꝝ eēnt aiata nobilissimis aiabus q̄ sunt
aie intellectiue:oporteret ꝙ q̄to aliqua cor
pora eēnt viciniora elemētis eēnt ꝓpingo-
ra ad vitā. hoc aūt nō apparet. sed magis
cōtrariū.nā plante minus habēt de vita q̄
aialia.cū tñ sint ꝓpinquiores terre.⁊ mine
ralia que sunt adhuc propinquiora nihil ha
bent de vita nō igitur substātia intellectua
lis vnit̄ alicui elto vel parti eius. vt forma.

5 ℭ Adhuc oium mouētiū corruptibilium
vita p excellētiā cōtrarietatis corrūpit. nā
aialia ꝛ plante mortificātur ab excellēti ca
lido ꝛ frigido hūido aut ficco. in corporib⁹
aūt elemētorū sunt pcipue excellētie harū
cōtrarietatū. nō igr̄ est possibile ꝙ in eis sit
vita: impossibile est igit ꝙ substantia intel-
lectiua vniatur eis. vt forma.
6 ℭ Amplius elementa ꝛ si fm totū sint in
corruptibilia: tñ singule partes sūt corrupti
biles vtpote cōtrarietatē hñtes. Si igitur
alique partes elemētoꝝ habeāt sibi vnitas
substātias cognoscētes. marie videt ꝙ assi
gnetur eis vis discretiua corrūpētiū q̄ quī
dē est sensus tactus q est discretiuus calidi
ꝛ frigidi ꝛ silium cōtrarietatū. ppter qd̄ ēt
quasi necessarius ad pseruationē a corru-
ptione oibus aialibus inest. hunc aūt sen-
sum ipossibile est inesse corpori simplici: cū
oporteat organū tactus nō hr̄e actu cōtra-
rietates. sed potentia qd̄ cōtingit solum in
mirtis tēpatis: nō igit est possibile aliquas
partes eltoꝝ eē aiatas aia cognoscitiua.
7 ℭ Itē oē corpus viuens aliquo mō fm
aiam localr mouet. nā corpora celestia. si
tñ sint aiata mouēntur circulariter: aialia p
fecta motu pgressiuo: ostrea aūt motu di-
latatōis ꝛ cōstrictōis. plante aūt motu au-
gmēti ꝛ decremēti qui sunt aliq̄ mō locū.
Sz in elemētis nō apparet aliquis motus
qui fit ab aia. sed solū motus nālis. nō sunt
R° igit̄ corpora viuētia. ⸿ Si aūt dicat ꝙ
tacita suba intellectualis ꝛ si nō vniat corpori ele
mēti aut parti eius vt forma. vnit tñ ei vt
Impu- motor. ⸿ Primū qdē in aere hoc dici im
gnatio possibile est: cū. n. pars aeris nō sit p scipsā
terminabilis: nō pōt aliq̄ pars eius deter-
minata motum proprium hr̄e pp quē sibi
substantia intellectualis vniatur.
2 ℭ Preterea si aliqua suba intellectualis
vnit alicui corpori nāliter. sicut motor pro-
prio mobili: oz virtutē motiuā illius substā
tie limitari ad corpus mobile cui nālr vnit
nā cuiuslibet motoris proprij virtus nō ex
cedit in mouēdo propriū mobile. ridiculū
aūt videt dicere ꝙ virtus alicuius sube in
tellectualis nō excedat in mouēdo aliquā
determinatā partē alicuius elementi: aut
aliqd̄ corpus mirtū. nō videt igit dicendū
ꝙ aliqua suba itellectualis vniat alicui cor
pori elementari naturaliter vt motor nisi
sibi etiam vniatur. vt forma.
3 ℭ Itē mot⁹ corporis eltaris pōt ex alijs
principijs causari q̄z ex suba intellectuali:
supfluū igit eēt ppter hmōi motus nāliter
substātias intellectuales corporibus eltari-
bus vniri. ⸿ Per hoc aūt excludit error ꝛ Exclu-
opinio Apulei ꝛ q̄rūdā platonicoꝝ q dixe- erro.
runt demonia eē aialia corpore aerea mē-
te rōnabilia: aio passiua: tpe eterna. ⸿ Et
quorūdā gentiliū ponentiū elta eē anima-
ta. vnde in eis cultū diuinum instituebant.
⸿ Excludit etiā opinio dicentiū angelos ꝛ
demones habere corpora nāliter sibi vnita
de nā superioꝝ vel inferiorum elementoꝝ.
ℭ Q2 sunt alique substantie intellectuales
corporibus non vnite. 91.

Ex premissis autē ostendi pōt eē aliquas substā
tias intellectuales corporib⁹
penitus nō vnitas. (ostensū
est. n. supra). corporibus corruptis intelle-
ctus substātiā q̄si ppetuā remanere. ꝛ si qui
dem suba intellectus q̄ remanet sit vna om
niū. (sicut quidā dicūt). de necessitate cō
sequitur eam esse secundum suū esse a cor-
pore separatam. ꝛ sic habet propositum ꝙ
substantia intellectualis aliqua sine corpo-
re subsistat. Si autem plures aie intellecti
ue remaneant corporibus destructis: cōue
niet aliquibus substātijs intellectualibus
absqz corpore subsistere. psertim cū ostēsū
sit ꝙ aie nō trāseāt de corpe ad corpus: cō
uenit aūt aiab⁹ eē a corporib⁹ separatas per
accidēs: cū nāliter sint forme corpoꝝ: eo au
tē qd̄ est p accidens: opz prius eē id qd̄ est
per se. sunt igitur alique substantie intelle-
ctuales animabus secundum nām priores
quibus p se inest sine corporib⁹ subsistere.
2 ℭ Amplius oē qd̄ est de rōne generis: oz
de rōne speciei esse. sunt aūt quedā q̄ sunt
de rōne speciei: nō aūt de rōne generis. si-
cut rōnale est de rōne hois. non aūt de ra-
tione animalis. quicquid aūt est de ratiōe
speciei. nō aūt de rōne generis. nō est neces
se omnibus specieb⁹ generis inesse. multe
enim spēs sunt irrōnaliū animaliū: substā
tie āt itellectuali fz suū gen⁹ cōuenit ꝙ sit p
se subsistēs cū hēat p se operationē. (sicut su

perius est ostensum). de rone aut rei per se subsistentis no est q alteri vniaf.no e igitur de rone substantie intellectualis sm suum gen9 q sit corpori vnita. t si sit boc de rone alicuius intellectualis substantie que est anima:sunt igitur alique substantie intellectuales corporibus non vnite.

3 ¶ Adbuc natura superior in suo infimo contingit naturā inferiorē in eius supmo. natura aūt intellectualis est supior corpora li.contingit aūt eā sm aliquā partē sui que est aia itellectiua.oz igr q sicut corpus perfectū per aiaz intellectiuā est supremū in genere corporū:ita aia intellectiua qui vnif corpori sit infima in genere substātiarū intellectualium.sunt igitur alique substantie intellectuales.non vnite corporibus superiores secundum nature ordinem anima.

4 ¶ Itē si est aliqd imperfectū in aliquo gñe inuenif ante illud sm nature ordinē aliqd in genere illo perfectū. perfectū.n. natura prius est imperfecto.forme aūt que sunt in materijs sunt actus imperfecti.qz non babent esse cōpletum.sunt igitur alique forme que sūt actus ɔpleti per se subsistētes t speciem cōpletaz babentes. omnis aūt forma per se subsistens absqz materia est substantia intellectualis. immunitas aūt materie confert esse intelligibile.(vt ex pmissis pz). sunt ergo alique substātie intellectuales corporibus nō vnite.oē aūt corpus mā3 bz.

5 ¶ Amplius suba pōt eē sine qtitate:licet qtitas sine suba eē nō possit. suba.n.aliorū gnez p9 est tpe rone t cognitione: 53 nulla suba corporea est sine qtitate. pōt igif gdā eē in gñe sube oino absqz corpore.oēs aūt nāe possibiles in rez ordine inueniunf.aliter enim eēt vniuersū iperfectū.in sempiternis ēt nō differt eē t posse. sunt igif aliq substātie absqz corporibus subsistētes post primā subaz q̄ deus est.q nō est in gñe. (vt supra ostensū est).t supra aiam q̄ est corpi vnita.


6 ¶ Adbuc si ex aliqb9 duob9inuenif aliqd cōpositū t alterū eoz inuenif p se q est min9 pfectū t alterū qd est mai9pfectū:t min9 reliquo idigēs p se inuenif:inuenif aūt aliq suba cōposita ex suba itellectuali t corpore. (vt ex pmissis pz).corp9 aūt inuenif p se.sicut pz in oib9corporib9inaiatis:multo igif fortius inueniunf sube itellectuales corpib9nō vnite.

7 ¶ Item substantiā rei opz esse pportionatam sue operatiōi:qz operatio est actus t bonū substantie operantis:sed intelligere est ppria operatio substantie intellectualis:opz igif substantiā intellectualē talē esse que cōpetat predicte operationi: itelligere aūt cum sit operatio per organū corporeū non exercita nō indiget corpore nisi inquātum intelligibilia sumuntur a sensibilib9: b autē est iperfectus modus itelligēdi: perfectus eni modus intelligendi est vt intelliganf ea que sunt sm nām suā itelligibilia. Qz autē nō itelliganf nisi ea que sunt sm se itelligibilia:sed fiunt intelligibilia per intellectū est iperfectus modus itelligendi:ss igif ante oē iperfectū opz esse perfectū aliquid in genere illo:opz q ante aias bumanas que intelligunt accipiendo a fantasmatibus sint alique intellectuales substantie intelligentes ea que sunt sm se itelligibilia nō accipiētes cognitionē a sēsibilib9 ac per boc oino a corporib9 sm suā nāz separate.

8 ¶ Preterea.(Aristo.argumentaf sic in xi.metaph.). Motū ɔtinuū regularē t q̄s tū in se est indeficientē:opz esse a motore q nō mouef neqz per se neqz per accñs.(vt supra est pbatū).plres etiā mot9 oz esse a pluribus motoribus.motus āt celi est cōtinuus regularis t q̄tū in se ē: ideficiēs est: t pter pmū motū sūt mlti tales motus in celo sicē p ɔsideratōes astrologoz pbaf:oz igif eē plures motores q nō moueāf neqz p se neqz p accñs.nullū āt corp9 mouet nisi motū.(vt pbatū est).motor āt icorpeus vnit9 corpi mouef p accñs ad motū corporis sicē pz de aia:oz igif eē plures motores q neqz sint corpora neqz corpib9 vniti motus āt celestes sunt ab aliq itellectu.(vt supra pbatuz est).sunt igif plures substātie itellectuales corporibus nō vnite. ¶ His aūt concordat snia Diony.4.ca. de diui. noib9 dicētis de angelis q sicut immāles t icorpei itelligunf. ¶ Per boc aūt exclu dif error saduceoz q dicebāt spiritū nō eē. ¶ Et positio antiquoz nāliu3 q dicebant oēm substātiā corporeā eē. ¶ Positio ēt Origenis q dixit q nulla suba post trinitatē diuinā absqz corpe pōt subsistere. ¶ Et oium alioz ponētiū oēs angelos bonos t malos babere corpora nāliter sibi vnita.

vel.12. tertu. cō.43. Diony. Exclu9 erro.

¶ De multitudine substantiarum separatarum. 92.

opi. Ari. Ciendum est
autem q̄ Aristo. ꝓbare niti
tur nō solū esse aliquas sub-
stātias intellectuales absq̄
corpe: sz etiā q̄ sūt eiusdē nūeri cuiꝰ sūt mo
tus dep̄hēsi in celo neq̄ plures neq̄ pau
ciores. ¶ Probat. n. q̄ nō sunt aliq̄ motꝰ
tex. cō. in celo q̄ a nobis dep̄hēdi nō possūt p̄ hoc
48. q̄ oīs motus q̄ est in celo est ꝓpter motū
alicuiꝰ stelle q̄ sēsibilis est: orbes. n. deferūt
stellas: motꝰ āt deferētis ē p̄p motū delati.
2 ¶ Item ꝓbat q̄ nō sūt aliqui substātie
sepate a q̄bus nō ꝓueniant aliqui motꝰ in
celo: q̄r cū motus celestes ordinent̄ ad sub-
stātias separatas sicut ad fines. si essent alie
substantie separate: quā iste quas numerat
essent aliq̄ motus in eas ordinati sicut in fi
nes. aliter esset motꝰ ip̄fecti. vnde ex his cō
cludit q̄ nō sunt plures substātie sepate q̄ꝫ
motus dep̄hēsi ⁊ q̄ possunt dep̄hendi in
celo: p̄sertī cū nō sint plura corpa celestia
eiusdē spēi: vt sic etiā possint eē plures mo
Iprobaº tus nobis icogniti. ¶ Hec aūt ꝓbatio nō
hꝫ necessitatē. ¶ In his. n. que sūt ad finē
sumitur necessitas ex finē: sicut ipsemet do
cet. (in. 2. phisicoꝝ). nō aūt econuerso. vn-
tex. cō. de si motus celestes ordinant̄ in substātias
23. separatas sicut in fines. (vt ipsemet dicit).
nō pōt ɔcludi necessario nūerus substātiaꝝ
p̄dictarū ex nūero motuū. ¶ Pōt. n. dici
q̄ sūt alique substātie sepate altioris nāe
q̄ꝫ ille q̄ sūt ꝓximi fines motuū celestiū: si
cut instrumēta artificialia sūt ꝓpter hoīes
q̄ per eaꝫ operant̄. ⁊ nihil ꝓhibet esse alios
hoīes qui p̄ instrumenta hmōi nō operant̄
īmmediate: sed imperāt operātibus. ¶ Et
ideo ipse Aristo. hanc ratione nō inducit
quasi necessariam: sed tanq̄ꝫ ꝓbabileꝫ: dicit
tex. cō. . n. (Quare substātias ⁊ p̄ncipia imobilia
48. rōnabile est tot estimare. necessariū aūt di
mitat̄ fortioribꝰ dicere). ¶ Restat igit̄ ostē
Conº dendū q̄ sunt multe p̄les substātie itelle-
pbaº ctuales a corporibꝰ separate q̄ꝫ sint motus
celestes. Substātie. n. intellectuales secun-
dum suuꝫ genus trāscendunt oēm naturā
corporeā. opꝫ igit̄ accipere gradū in predi-
catis substantijs secundū eleuationē earū su-
pra corporeā nām. Sūt autem q̄dā intelle
ctuales substātie eleuate supra corpeā sub
stātiam f̄m sui generis nām tm̄: que tamē
corpibus vniunt̄ vt forme (vt ex premissis
patet). ⁊ q̄r eē substātiaꝝ intellectualiū f̄m
suum genus nullā a corpore dep̄ēdentiā hꝫ
(vt supra ꝓbatū est). inuenit̄ altior gradus
dictaꝝ substātiaꝝ q̄ ⁊ si nō vniant̄ corpibꝰ
vt forme: sūt tamē ꝓprij motores aliquoꝝ
corpoꝝ determinatoꝝ. Silr aūt nā substā
tie intellectualis nō dep̄ēdet a mouēdo: cū
mouere sit ɔūs ad p̄ncipaleꝫ coꝝ operatio
nem. q̄ est intelligere. erit igit̄ ⁊ aliq̄s gra-
dus altior substātiaꝝ intellectualiuꝫ. q̄ nō
sunt ꝓprij motores aliquorum corporum.
sed superiores motoribus.
2 ¶ Ampliꝰ sicut agēs p̄ nām agit p̄ suā for
mam nāleꝫ: ita agens p̄ intellectū agit per
formā itellectꝰ: vt pꝫ in his q̄ agūt p̄ artē: si
cut igit̄ agēs p̄ nām est ꝓportionatuꝫ patiē
ti rōne sue forme nālis: ita agēs p̄ itellectū
est ꝓportionatū patiēti ⁊ facto p̄ formā itel
lectus. vt. s. hmōi sit forma intellectiua que
possit iduci p̄ actioneꝫ agētis in mām reci
pientē. opꝫ igit̄ ꝓprios motores orbiuꝫ q̄ p̄
intellectū mouēt si in hoc opinionē Arist.
sustinere volumus tales itelligētias hr̄e q̄-
les sūt explicabiles p̄ motꝰ orbiū ⁊ ꝓduci-
biles in rebus mālibus. sꝫ supra hmōi cō-
ceptiones itelligibiles est accip̄e aliq̄s vlīo
res. intellectus. n. vlīus apprehēdit formas
reꝝ q̄ꝫ sit esse eaꝝ in rebꝰ. vn̄ videmꝰ q̄ vli-
or est forma intellectus speculatiui q̄ꝫ pra-
ctici. ⁊ iter artes practicas vlior ē cōceptio
artis iperātis q̄ꝫ exequētis. opꝫ aūt sub sub
stātiarum intellectualiū gradus accip̄e f̄m
gradum itellectualis opationis que est eis
ꝓpria: sunt igitur alique substantie intelle-
ctuales supra illas que sunt proprij ⁊ proxi
mi motores determinatoꝝ orbium.
3 ¶ Adhuc ordo vniuersi exigere videt̄. vt
id qđ est in rebꝰ nobilius excedat quātitate
vel numero ignobiliora. ignobiliora. n. vidē
tur eē ꝓpter nobiliora. vn̄ opꝫ q̄ nobiliora
quasi ꝓpter se existētia multiplicent̄ quan
tum possibile est. ⁊ iō videmus q̄ corpora
incorruptibilia. s. celestia intātuꝫ excedunt
corporalia. s. elemētaria vt quasi hec nō hē
ant notabilē quātitateꝫ in cōparatōe ad il-
la. Sicut aūt celestia corpa digniora sunt


clemẽtarſibus: vt in corruptibilia corruptibilibus. ita ſubſtãtie intellectuales oib⁹ corporibus vt imobile ⁊ immãle mobili ⁊ mãli: excedũt igiť in numero itellectuales ſubſtantie ſepate oiu3 rex mãliũ multitudinẽ: nõ igiť cõprehẽdunť nũero celeſtiũ motuũ.
4 ¶ Item ſpẽs rex mãlium non multiplicantur p mãm: ſed p formã: forme aũt que ſunt extra mã3 habẽt eẽ cõpletius ⁊ vlius q̃3 forme que ſũt in mã. nã forme in materie recipiunť ſm materie capacitatẽ: nõ videntur igiť eẽ minoris multitudinis forme que ſũt extra mã3 quas dicim⁹ ſubſtãtias ſepatas q̃3 ſint ſpẽs materialium rerum.

Remotio una ꝯgnatio nis platonice. ¶ Nõ autẽ ꝓpter hoc dicim⁹ q ſubſtãtie ſepate ſint ſpẽs iſtox ſẽſibiliũ ſicut platonici ſenſerũt. Cũ. n. nõ poſſint ad pdictax ſubſtantiax noticiã puenire niſi ex ſenſibilibus appoſuerũt iſtas ſubſtãtias eẽ eiuſdẽ ſpẽi: cũ iſtis vel magis ſpẽs iſtax: ſicut ſi aliqs nõ videret ſolẽ ⁊ lunã ⁊ alia aſtra: ⁊ audiret eẽ qdã corpa incorruptibilia noiaret ea nominibus iſtox corpox corruptibiliũ extimans ea eẽ eiuſdẽ ſpẽi cũ iſtis. qđ nõ eẽt poſſibile. ¶ Silr aũt ipoſſibile eſt ſubſtãtias imateriales eſſe eiuſdẽ ſpẽi cũ materialibus vel ſpẽs ipſax cũ materia ſit de rõne ſpẽi hox ſenſibiliũ: l3 nõ hec materia q̃ eſt ꝓpriũ principiũ indiuidui ſicut de rõne ſpẽi hois ſunt carnes ⁊ oſſa. nõ autem hee carnes ⁊ hec oſſa q̃ ſunt principia ſortis ⁊ platonis. ¶ Sic igiť nõ dicimus ſubſtãtias ſepatas eſſe ſpecies iſtox ſenſibiliũ: ſed eſſe alias ſpẽs nobiliores iſtis q̃to pux eſt nobilius pmixto. ⁊ tunc illas ſubſtãtias eẽ plures. op3 iſtis ſpẽbus rex mãlium.
5 ¶ Adhuc magis eſt aliqd multiplicabile ſm ſuũ eſſe itelligibile: q̃3 ſm ſuũ eſſe mãle multa. n. intellectu capimus q̃ in mã eẽ nõ poſſũt. ex quo cõtigit q cuilibet recte linee finite põt mathematice fieri additio: nõ ãt nãliter raritas ẽt corpox velocitas motuum ⁊ diuerſitas figurax in infinitũ augeri cõprehẽdiť ſm intellectũ. quãuis ſit ipoſſibile in nã ſic eſſe. ſubſtãtie aũt ſepate ſũt in eſſe itelligibili ſm ſuã nãm: maior igiť multiplicitas in eis eſt poſſibilis. quã3 in rebus materialibus ſm ꝓprietatem ⁊ rationem penſata3 generis vtriuſq3. in perpetuis autem non differt eſſe ⁊ poſſe. excedit igitur multitudo ſubſtantiax ſeparatarum multitudinem materialium corporu3. ¶ Hiis Auc. v. aũt atteſtať ſacra ſcriptura. dť. n. Daniel. ſcriptu. 7°. (Milia milium mini. ei ⁊ deci. cẽtemi. aſſi. ei.). ⁊ Diony. i3. ca. cele. yerar. dicit. (q numerus illax ſubſtãtiaru3 excedit oẽm mãlem multitudinẽ). ¶ Per hoc ãt Exclo excludiť error dicẽtium ſubſtãtias ſepatas erro. ſ3 nũex motuũ celeſtiũ aut ſ3 nũex iparũ celeſtiũ eẽ. ¶ Et error Rabi moyſi q dixit nũex angelox q in ſcriptura põit nõ eẽ numex ſepatax ſubſtãtiax: ſ3 virtutũ in iſtis iferioribus. ſicut ſi vis cõcupiſcibilis dicať ſpiritus concupiſcentie. ⁊ ſic de aliis.
¶ Qȝ in ſubſtantiis ſeparatis non ſũt multe vnius ſpeciei. 93.

Ex his autem

q̃ de iſtis ſubſtantiis pmiſſa ſunt oñdi põt q nõ ſũt plꝛes ſubſtãtie ſepate vni⁹ ſpeciei. ¶ Oſtẽſum eſt. n. ſupra q ſubſtãtie ſepate ſũt qdã qdditates ſubſiſtẽtes. ſpẽs aũt rei eſt quã ſignat diffinitio que eſt ſignũ quidditatis rei. vñ qdditates ſubſiſtẽtes ſũt ſpecies ſubſiſtẽtes plures ergo ſubſtãtie ſepate eſſe nõ pñt niſi ſint plures ſpecies.
2 ¶ Adhuc queecũq3 ſunt idẽ ſpẽ. dña aũt nũero hñt mãm. dña aũt q̃ ex forma ꝓcedit iducit diuerſitate3 ſpẽi: que aũt ex materia inducit diuerſitatẽ ſ3 numex. ſubſtãtie autẽ ſeparate nõ habẽt oino mã3: neq3 q̃ ſit ps eax neq3 cui vniant vt forme. ipoſſibile eſt igiť q ſint plures vnius ſpeciei.
3 ¶ Ampli⁹ ad h ſũt plã idiuidua i vna ſpẽ. in reb⁹ corruptibilib⁹ vt nã ſpẽi q̃ nõ põt ppetue ꝯſeruari in vno idiuiduo ꝯſeruet in plibus: vñ ẽt in corpib⁹ icorruptibilib⁹: non eſt niſi vnũ idiuiduũ in vna ſpẽ. ſubſtãtie ãt ſepate nã pt ꝯſeruari i vno idiuiduo eo q ſſ icorruptibiles. (vt ſup oñſũ ẽ). nõ igř o3 eẽ plã idiuidua i ill ſubſtãtiis eiudẽ ſpẽi.
4 ¶ Itẽ id qđ ẽ ſpẽi in vnoquoq3. digni⁹ ẽ eo q ẽ idiuiduatõis pn^m pter rõnẽ ſpẽ exiſtẽs: multiplicatio igř ſpẽx plus addit nobilitatis ⁊ pfectõis vniuerſo q̃3 multiplicatio idiuiduox i vna ſpẽ. pfectio ãt vniuerſi maxime cõſiſtit in ſubſtãtiis ſeparatis: magis igitur competit ad perfectionẽ vniuerſi q ſint plures ſm ſpẽm diuerſe q̃3 q ſint mul.

te ſm numerum in eadem ſpecie.
5 ℭ Preterea ſube ſepate ſunt pfectiores
quã corpa celeſtia.ſ; in corpibus celeſtib⁹
pp eorũ pfectõez nõ inueniẽ niſi vnũ idiui-
duũ vni⁹ ſpẽi.tũ qꝛ vnũqdqz eorum cõſtat
ex tota mã ſue ſpẽi.tũ qꝛ in vno idiuiduo ẽ
pfecte vᵗ⁹ ſpẽi ad cõplẽdũ illud in vniuer-
ſo ad qd ſua ſpẽs ordinaẽ ſicꝫ pcipue pꝫ i ſo
le ⁊ luna.multo igr̃ magis i ſubſtãtiis ſepa
tis nõ inueniẽ niſi vnũ idiuiduũ in vna ſpẽ.
ℭ Qꝫ ſubſtantia ſeparata ⁊ anima nõ ſũt
vnius ſpeciei. 94.



x his aũt vlteri⁹ oñdiẽ
ꝙ aĩa nõ ẽ eiuſ-
dẽ ſpẽi cũ ſubſtãtiis ſepatis.
Maior.n.eſt dr̃ia aĩe hũa
ne a ſubſtantia ſepata ꝙ̃ vni⁹
ſubſtãtie ſepate ab alia:ſed ſubſtãtie ſepate
oẽs adinuicẽ ſpẽ differũt.(vt oñſum eſt).
multo igiẽ magis ſubſtãtia ſepata ab aĩa.
2 ℭ Ampli⁹ vnaqueqꝫ res hꝫ ꝓpriũ eẽ ſm
rõnẽ ſue ſpẽi.quorũ.n.ẽ dr̃ſa rõ eẽndi hoꝝ
eſt dr̃ſa ſpẽs:eẽ aũt aĩe hũane ⁊ ſube ſepa
te nõ eſt vnius rõnis: nã in eſſe ſube ſepa-
te nõ pt cõicare corp⁹:ſicꝫ põt cõicare in eẽ
aĩe hũane ꝗ ſꝫ eẽ vniẽ corpi vt forma mãe
aĩa igr̃ hũana differt ſpẽ a ſbſtãtiis ſepatis
3 ℭ Adhuc qd hꝫ ſm ſeipm ſpẽz nõ põt eẽ
eiuſdẽ ſpẽi cũ eo qd nõ hꝫ ſm ſe ſpẽz: ſꝫ eſt
ps ſpẽi.ſuba aũt ſepata hꝫ p ſeipaz ſpeciez
anima aũt nõ.ſꝫ eſt ps ſpẽi hũane:impoſſi-
le eſt igiẽ.ꝙ anima ſit eiuſdem ſpẽi cũ ſub-
ſtantiis ſepatis:niſi forte hõ eſſet eiuſdem
ſpeciei cum illis.(quod pꝫ eẽ impoſſibile).
4 ℭ Preterea ex ꝓpria opatõe rei pcipiẽ
ſpẽs ei⁹.opatio.n.demõſtrat vᵗutẽ ꝗ indi
cat eſſentiã.ꝓpria aũt opatio ſube ſepate ⁊
aĩe itellectiue ẽ intelligẽ.ẽ aũt oĩno ali⁹ mo-
dus intelligẽdi ſube ſepate ⁊ aĩe.nã aĩa in-
telligit a fantaſmatib⁹ accipiẽdo.nõ aũt ſub
ſtãtia ſepata cũ nõ hẽat organa corpea in
qbus opꝫ eſſe fantaſmata: nõ ſunt igiẽ aĩa
hũana ⁊ ſubſtãtia ſepata vnius ſpeciei.
ℭ Quomodo accipiaẽ genus ⁊ ſpecies in
ſubſtantiis ſeparatis. 95.




Portet autẽ
cõſiderare ſm qd diuerſifica
tur ſpẽs in ſubſtãtiis ſepatis.
In rebus.n.mãlibus que
ſunt diuerſaꝝ ſpecieꝝ vnius generis exiſtẽ
tes.ratio generis ex pͥcipio mãli ſumitur
differẽtia ſpeciei a principio formali:nã.n.
ſenſitiua ex qua ſumitur rõ aĩalis eſt mãle
in hoie reſpectu nature intellectiue ex qua
ſumiẽ differẽtia ſpecifica hois.ſ.rõnale. Si
igiẽ ſubſtãtie ſepate nõ ſũt ex materia ⁊ for
ma cõpoſite:vt ex premiſſis patet: non ap-
paret ſm quid in eis gen⁹ ⁊ differẽtia ſpe
cifica accipi poſſit. Scire igiẽ oꝫ ꝙ diuerſe
rerũ ſpẽs gradatĩ nãz entis poſſidẽt:ſtatĩ
.n.in pͥa entis diuiſiõe inueniẽ:hoc qdem
pfectũ.ſ.ens p ſe.⁊ ens actu:aliud vero ip
fectum.ſ.ens in alio.⁊ ens in potentia:⁊ eo
dem modo diſcurrenti p ſingula apparet
vnam ſpeciem ſupra aliam aliquem gra-
dum perfectionis adiĳcere:ſicut animalia
ſup plantas: ⁊ aĩalia ꝓgreſſiua ſup aĩalia
imobilia:in colorib⁹ etiã vna ſpecies alia
perfectior inueniẽ ſecundũ ꝙ eſt albedini ꝓ ter.co.
pinquior.(propter quod Ariſto.in 8°.me- io.
taphi.).dicit ꝙ diſtinctiões reꝝ ſunt ſicut
nũerus in ꝗ̃ vnitas ſubtracta vł addita ſpe
cieꝫ nũeri variat:p quẽ modũ in diffinitio
nib⁹ ſi vna differẽtia ſubtrahaẽ vel addaẽ
diuerſa ſpecies iueniẽ. Ratio igiẽ determi
nate ſpẽi cõſiſtit in hoc.ꝙ nã cõis in deter-
minato gradu entis collocaẽ.⁊ qꝛ in rebus
ex mã ⁊ forma cõpoſitis forma eſt ꝗ̃ſi ter-
minus.id aũt quod terminaẽ p eã eſt ma-
teria vel mãle:oportet ꝙ ratio generis ſu-
matur ex materiali:differẽtia vero ſpecifi
ca ex formali:⁊ ideo ex differẽtia ⁊ genere
fit vnũ ſicut ex mã ⁊ forma:⁊ ſicut vna ⁊
eadẽ eſt nã que ex mã ⁊ forma cõſtituiẽ:ita
differẽtia nõ addit extraneã quãdã nãz ſu
per gen⁹:ſꝫ eſt quedã determinatio ipſius
nãe generis:vt ſi gen⁹ accipiaẽ animal pe-
des habens:differentia ei⁹ eſt duos pedes
habens:quam quidem differentiam nihil
extraneum ſuper genus addere manifeſtũ
eſt.vnde patet ꝙ accidit generi ⁊ differen-
tie ꝙ determinatio quedam quam diffe-
rentia importat ex alio principio cauſetur
ꝙ̃ natura generis:ex hoc ꝙ nã quã ſignat
diffinitio eſt cõpoſita ex materia ⁊ forma.
ſicut ex terminãte ⁊ termiato:ſi igiẽ aliq̃ na
tura eſt ſimplex:ipſa quideꝫ p ſeipſam erit
terminata : nec oportebit ꝙ habeat duas
ptes:quarum vna ſit terminãs.⁊ alia ter-

mbuata:et ipa igitur rõne nature sumet ra tio generis.et terminatiõe autẽ eius sꝫ q̄ est in tali gradu entiũ sumet ei⁹ dña specifi ca. ¶ Et quo ẽt pꝫ q̄ si aliqua natura nõ ẽ terminata:sꝫ infinita in se.(sicut supra ostẽ sum est de nã diuina).nõ est in ea accipe re neqꝫ genus neqꝫ spẽm.qd est cõsonum his q̃ supra ostẽdimus. ☞ Patet ẽt ex pmis sis q̄ cũ diuerse spẽs in substãtiis sepatis accipiãtur ẽm q̄ diuersos gradus sortiunt in vna aũt spẽ nõ sunt plura indiuidua q̄ nõ sunt in substãtiis separatis due eq̃les ẽm ordinẽ:sꝫ vna naturaliter est altera supior.

Iob. ☞ Vñ Iob.38.dr.(Nũquid nosti ordinẽ
Dio. celi).ꝛ Diony.dicit.x.ca.cele.yerar.(q̄ si cut in tota angeloꝝ multitudine est yerar chia suprema media ꝛ infima.ita in qualibꝫ yerarchia est ordo supremus medius ꝛ in fimus.ꝛ in quolibet ordine supremi medii

Erclu ꝛ infimi). ☞ Per hoc aũt excludit O rige
erro. nis positio q̄ dixit a pncipio oẽs substanti as spirituales eq̃les creatas fuisse:inter q̄s etiã aias cõnumerat.diuersitas autẽ que in hmõi substãtijs inuenit q̄ q̃daꝫ est vnita corpi:q̃dã nõ vnita.ꝛ q̃dã altior. q̃daꝫ vo lerior:pũenit ex differẽtia meritoꝝ: qñꝫ est ãt hãc dñam graduũ nãles eẽ. ꝛ q̄ aia nõ est eiusdem spẽi cuꝫ substantiis separa tis:nec ipse substãtie sepate adinuicem:nec etiam ẽm ordinem nature equales.

¶ Q̄ substãtie sepate nõ accipiũt cognitio nem ex sensibilibus. 96.



Ex premissis ostẽdi potest q̄ substãtie sepate non accipiũt intellectiuã cognitio nem ex rebus sensibilibus ☞ Sensibilia.n.ẽm suã nãm nata sunt ap prehendi p sensũ:sicut intelligibilia p intel lectum.ois igitur substantia cognoscitiua ex sensibilibus cognitionẽ accipiẽs hꝫ co gnitionẽ sensitiuã.ꝛ p ꝯñs hꝫ corpus pnci paliter vnitũ:cuꝫ cognitio sensitiua sine or gano corpeo esse nõ possit:substantie auteꝫ separate nõ habẽt corpa nãliter sibi vnita. (vt supius est ostensuꝫ).nõ igit itellectiuã cognitioneꝫ ex reb⁹sensibilibus sumunt.

2 ¶ Ampli⁹altioris virtutis opꝫ esse alteri us obiectũ.virt⁹ãt intellectiua substãtie se parate est altior:q̃ vis itellectiua aie hũa ne:cũ intellect⁹aie hũane sit ifimus in or dine itellectuũ. (vt ex pmissis hetur). itel lectus ãt hũane aie obiectuꝫ est fantasma. (vt supradictũ est).qd est supius in ordine obiectoꝝ q̃ res sensibil' extra aiaꝫ existẽs: sicut ex ordine virtutũ cognoscitiuaꝝ appa ret:obiectuꝫ igit' substãtie sepate nõ põt eẽ res extra aiaꝫ:vt ab ea imediate acci piat cognitionẽ:neqꝫ fãtasma. Relinqt igit q̄ obiectũ itellect⁹substãtie sepate sit aliqd altius fãtasmate. Nihil ãt est alti⁹fãtasma te in ordine obiectoꝝ cognoscibiliũ nisi id qd ẽ itelligibile actu:sube igit sepate nõ ac cipiũt cognitionẽ intellectiuã a sensibilib⁹.sꝫ intelligũt ea q̃ sunt p seipa ẽt intelligibilia.

3 ¶ Adhuc ẽm ordinem itellectuũ est ordo intelligibiliũ:sꝫ ea q̃ sunt ẽm seipa itelligi bilia sũt supiora i ordine itelligibiliũ. his q̃ nõ sũt itelligibilia:nisi q̄ nos facim⁹ea in telligibilia:eiusmodi aũt oꝫ esse oia itelligi bilia a sensibilib⁹accepta.nã sensibilia non sũt scdꝫ se itelligibilia:hmõi ãt intelligibi lia sũt q̃ intelligit itellect⁹noster:itellect⁹igi tur substãtie sepate cũ sit supior intellectu nostro nõ itelligit intelligibilia a sensibilib⁹ accepta:sꝫ q̃ sũt ẽm se intelligibilia actu.

4 ¶ Ampli⁹modus opatõis.ppie alicui⁹ rei.pportionaliter rñdet mõ substãtie ꝛ na ture ipsius:substãtia aũt separata est itellect⁹ p se exñs nõ in corpe aliquo: opatio igit in tellectualis eius erit intelligibilium q non sunt fundata in aliquo corpore:omnia aũt intelligibilia a sensibilibus accepta sunt in aliquibus corporibus aliqualiter fundata: sicut intelligibilia nostra in fantasmatibus que sũt in organis corporeis: substãtie igit sepate nõ accipiũt cognitõeꝫ ex sensibilib⁹.

5 ¶ Adhuc sicut materia prima est ifimũ in ordine rerum sensibiliuꝫ. Et per hoc est in potentia tantum ad omnes formas sen sibiles.ita intellectus possibilis infimus in ordine intelligibilium existens est in poten tia ad omnia intelligibilia.(vt ex premissis patet).sed ea que sunt in ordine sensibiliuꝫ supra materiam primam habẽt in actu su am formã p quã cõstituunt in esse sensibili substãtie igit sepate que sũt in ordine intel ligibiliũ supra intellectũ possibilem huma num sũt actu in esse itelligibili:itellect⁹ enĩ accipiens cognitionem a sensibilibus non

est actu in esse intelligibili: sed in potentia:
substantia igitur separata non accipit co-
gnitionem a sensibilibus.
6 ¶ Adhuc pfectio nature superioris non
dependet a natura inferiori: perfectio au-
tem substantie separate cum sit itellectua-
lis est in intelligendo: earum igitur intel-
ligere non dependet a rebus sensibilibus
sic q ab eis cognitionē accipiat. ¶ Patet
primum cor^m ex pmissis — āt et hoc q in substātijs sepatis nō ē itelle
ctus agēs & possibilis:nisi forte equoce: itel
lectus eni possibilis & agēs in anima intel
lectiua inueniuntur propter hoc q accipit
cognitionē intellectiuā a sensibilib⁹.nā itel
lectus agēs ē q facit spēs a sensibilib⁹ acce
ptas eē itelligibiles actu itellect⁹ āt possibi
lis est in potētia ad oēs formas sensibiliū
cognoscēdas:cū igit substātie sepate nō ac-
cipiāt cognitionē a sensibilib⁹:nō est in eis
itellect⁹ agēs & possibilis vnde & Aristo. in
tertio de aīa:itellectū possibilē & agentē in
ducēs dicit eos in aīa oportere pōi. ¶ Itē
secundū cor^m — manifestū est in eisdē q localis distātia co
gnitionē aīe sepate impedire nō pōt: loca-
lis.n. distātia p se cōpat ad sensū.nō āt ad
intellectū nisi p accñs inqātū a sensu acci-
pit:nā sensibilia fm determinatā distātiā
mouēt sensū:intelligibilia aūt actu fm q
mouēt itellectū nō sūt in loco cū sint a ma
teria corporali sepata:cū igit substātie sepa
rate nō accipiāt intellectiuā cognitionē a
sensibilib⁹:in eorum cognitionē distātia loca
lis nihil operat. ¶ Palā est etiā q intelle
ctuali opationi eorum non admiscetur tps:si
tertium cor^m — cut.n. itelligibilia actu sūt absq loco:ita ēt
sunt absq tpe:nā tps consequit motū loca
lem:vnde nō mēsurat nisi ea q aliqualiter
sunt in loco. & ideo intelligere substantie se-
parate est supra tēpus:opatiōi aūt intelle-
ctuali nostre adiacet tps ex eo q a fantas-
matibus cognitionē accipim⁹ q determi-
natū respiciūt tēpus:& inde est q in cōposi
tiōe & diuisiōe semp noster intellect⁹ adiun
git tēpus pteritū vel futurū:nō āt itelligen
do q qd est:itelligit.n. qō qd est abstrahē-
do itelligibilia a sensibiliū cōditionib⁹: vñ
fm illam opationē neq sub tpe:neq sub
aliqua conditiōe sensibiliū rerum intelligi
bile cōprehēdit:cōponit aūt aut diuidit ap
plicādo itelligibilia prius abstracta ad res:
& in hac applicatōe neēe est cointelligi tps.

¶ Q intellectus substantie separate sem-
per intelligit actu. 97.


Ex hoc autem
apparet q intellectus substā-
tie sepate est semp intelligēs
actu. ¶ Qd.n.ē qñq in actu
qñq in potētia mēsurat tēpore: intellect⁹
autem substātie sepate est supra tempus.
(vt probatum est). non est igit quandoq
intelligens actu. & quandoq non.
2 ¶ Item ois substātia viuēs hz aliquam
opationē vite in actu ex sua nā que inest ei
semper:lz alie qñq isint ei in potētia: sicut
aīalia semp nutriūtur:lz nō semp sentiant.
Substātie aūt sepate sūt substātie viuētes.
(vt ex pmissis pz).nec habēt aliā operatio
nem vite nisi intelligere: oz igitur q ex sua
natura sint intelligētes actu semper.
3 ¶ Itē substātie sepate mouēt p itellectū
corpa celestia fm phorum doctrinā: mot⁹
aūt corporum celestium est semp cōtinu⁹.in-
telligere igit substātiarum separatarum est cōti-
nuum & semp:hoc aūt idē sequit. & si nō po
nātur mouētes corpora celestia cū sint al-
tiores corpibus celestibus:vñ si ppria opa
tio corpis celestis que est motus ipsius est
cōtinua:multo magis ppria operatio sub-
stantiarum separatarum que est intelligere.
4 ¶ Amplius omne quod qñq opatur &
quādoq nō opatur mouetur per se vel p
accidēs. vnde & hoc q nos quādoq intelli
gimus quādoq nō prouenit ex alteratiōe
que est circa partē sensibilē. (vt dicitur in
octauo phisicorum). sed substantie separate tex. 2.5[illegible]
non mouētur per se quia nō sunt corpora:
neq mouētur p accidēs. q: non sunt vnite
corporibus:igitur opatio propria q est in-
telligere:est in eis cōtinua & nō intercisa.

¶ Quomodo vna substantia separata in-
telligit aliam. 98.


Si autem sub
stantie separate intelligūt ea
que sunt p se itelligibilia. (vt
ostensum est).per se autē in-
telligibilia sunt substantie separate. imuni
tas eni a materia facit aliqd esse per se in-
telligibile. (vt ex superiorib⁹ pz). sequitur

q̄ ſubſtātie ſepate itelligāt ſicut ꝓpria ob
iecta ſubſtātias ſepatas:vnaqueqꝫ igiť ꝛ ſe
ipā ꝛ alias cognoſcet:ſcipā ꝗdē vnaqꝫ
earum aliter cognoſcit ꝙ̄ itellectus poſſi-
Quod bilis ꝛipſ. Intellect⁹.n.poſſibilis eſt vt po
aliter ꝙ̄ tētia ens in eē intelligibili.fit aūt actu p
itellect⁹ ſpēm itelligibilē ſicut mā pria fit actu in eē
poſſibil' ſenſibili p formā nālē:nihil āt cognoſcit ſꝫ
itelligat q̄ eſt potētia tm̄:ſꝫ ſm q̄ eſt actu : vnde ꝛ
ſe: ſub- forma eſt pncipiū cognitiōis rei:que p eā
ſtantia fit actu:ſimiliter autē potentia cognoſciti-
ſepata . ua fit actu cognoſcens p ſpeciē aliquā. in-
tellectus igiť poſſibilis nr̄ nō cognoſcit ſe
ipſum niſi p ſpeciē intelligibilem que fit
ter cō. actu in eaꝫ intelligibili. ꝛ ꝓpter hoc dicit
15. Ariſto.in.tertio de aia.(q̄ ē cognoſcibilis
ſicut ꝛ alia).ſ.p ſpēs a fantaſmatibus acce
ptas ſicut p formas ꝓprias:ſubſtātie aūt
ſepate ſūt ſm ſuā nām:vt actu exiſtētes in
eſſe intelligibili:vnde vnaqueqꝫ earum
ipſam p ſuam eſſentiam cognoſcit nō per
aliquam ſpeciem alterius rei:cū aūt om-
nis cognitio fit ſꝫ q̄ in cognoſcēte eſt ſimi
litudo cogniti:vna aūt ſubſtātiaꝝ ſepataꝝ
fit ſimilis alteri ſꝫ cōmunē nām generis:
differant aūt abinuicē ſꝫ ſpeciē.(vt ex pre
miſſis apparet).videtur ſequi q̄ vna ea-
rum aliā nō cognoſcat:ꝗ̄tum ad proprīaꝫ
rōnem ſpeciei:ſed ſolū ꝗ̄tum ad cōeꝫ gene
opi. ris rōnem. Dicunt ergo quidaꝫ q̄ vna
Aui.ꝛſe ſubſtantiaꝝ ſeparatarū eſt cauſa effectiua
quacū alterius.in qualibet autem cauſa effectiua
quomō oportet eſſe ſimilitudineꝫ ſui effectus:ꝛ ſi-
ſubſtan militer in quolibet effectu oꝫ eē ſimilitu-
tia ſepa dinē ſe cauſe.eo q̄ vnūquodqꝫ agens agit
ta ſe itel ſibi ſimile.ſic igiť in ſuperiori ſubſtantiaꝝ
ligat. ſeparataruꝫ eſt ſimilitudo inferioris ſicut
in cauſa eſt ſimilitudo effectus:in inferiori
aūt ſimilitudo ſuperioris eſt: ſicut in effe-
ctu eſt ſimilitudo ſue cauſe.in cauſis autē
nō vniuocis ſimilitudo effectus eſt in cau-
ſa eminētius:cauſe aūt ſimilitudo in effe-
ctu inferiori:mō tales aūt cauſas oꝫ eē ſub
ſtātias ſepatas ſupiores reſpectu inferiorū
cum nō ſint vni⁹ ſpeciei in diuerſis gradi-
bus conſtitute:cognoſcit igitur ſubſtantia
ſeparata inferior ſuperiorem:ſecundū mo-
dum ſubſtantie cognoſcentis:nō ſm mo-
dum ſubſtātie cognite:ſed inferiori modo.
ſuperior autem iferiorē eminētiori modo.

Et hoc eſt quod in lib. de cauſis dicitur propoſi
q̄ intelligētia ſcit:qđ eſt ſub ſe:ꝛ qđ eſt ſu- tiōe.7.
pra ſe p modū ſue ſubſtātie q2 alia eſt eā al
terius. Sꝫ (cuꝫ ſupius ſit oſtēſum).q̄ ipꝛoba
ſubſtātie ſepate intellectuales nō ſunt cō-
poſite ex mā ꝛ forma:nō poſſunt cauſari ni
ſi p modū creationis:creare aūt ſolius dei
eſt.(vt ſupra oſtēſum eſt).non poterit igiť
vna ſubſtātiaꝝ ſeparataruꝫ eē alterius cā.
ꝛ Preterea (oſtēſum eſt). q̄ principa- ad idē.
les partes vniuerſi oēs ſunt adeo imedia-
te create.nō eſt igiť vna earuꝫ ab alia:vna-
queqꝫ autē ſubſtātiaꝝ ſeparataruꝫ eſt de pn
cipalibus pˀibus vniuerſi:multo amplius:
4 ¶ Amplius per felicitatem cum ſit vltimus finis naturale deſiderium quietatur. Cognitio autem fidei non quietat deſiderium:ſed magis ipſum accendit:quia vnuſquiſque deſiderat videre quod credit. non eſt igr̄ in cognitōe fidei vltia hoīs felicitas.

5 ¶ Preterea cognitio de deo dicta eſt finis inquantum vltimo fini rerum ſcilicet deo coniungit. Per cognitionem autem fidei non fit res credita intellectui preſens perfecte: quia fides de abſentibus eſt non de preſentibus. Vnde & apoſtolus dicit ſecundo Corinthis. quinto. (quod quandiu per fidem ambulamus peregrinamur a domino).fit tamen per fidem deus preſens affectui:cum voluntarie credens deo aſſentiat. ſecundum quod dicitur Ephes. tertio.(habitare chriſtū per fidē in cordib9 noſtris). Nō eſt igif poſſibile q̄ in cognitione fidei vltima felicitas hūana ɔſiſtat.

¶ Vtrum in hac vita homo poſſit intelligere ſubſtantia ſeparatas per ſtudium & inquiſitionē ſcientiarum ſpeculatiua3. 41.

Habet autem & adhuc aliam cognitionem de deo intellectualis ſubſtantia. (Dictum eſt enim in ſecundo libro). quod intellectualis ſubſtantia ſeparata cognoſcendo eſſentiam ſuam cognoſcit & quod eſt ſupra ſe: & quod eſt ſub ſe: & ſecundum modum ſue ſubſtantie: quod precipue neceſſe eſt ſi illud quod eſt ſupra ipſam ſit cauſa eius cū oporteat in effectibus ſimilitudinem inueniri cauſe. Vnde cu3 deus ſit cā omnium ca.92.

substantiarũ intellectua'iũ creatarum.(vt ex superioribus p3).necesse est q intellectus eius substantie separate cognoscẽdo suã eẽntiã cognoscãt p modũ visiõis cuiusdã ipsũ deũ. Res.n.illa p intellectũ visionis modo cognoscit:cuius similitudo in intellectu existit:sicut et similitudo rei corporalis visẽ est in sensu videntis. Quicũq3 ergo intellectus apprebẽdit substantiã separatã cognoscẽdo de ea qd est:videt deũ altiori mõ q̃ aliqua pdictarũ cognoscant. Quia ergo qdã posuerũt vltimã felicitatẽ hois eẽ in hac vita p hoc q cognoscũt subas separatas:cõsiderandũ est vtrũ hõ in hac vita possit substantias separatas cognoscere. Hoc autẽ qõnẽ h3. Intellectus.n.noster sm statũ psentẽ nihil intelligit sine fantasmate qd ita se h3 ad intellectũ possibilẽ quo intelligim⁹: sicut se hñt colores ad visũ.(vt p3 ex his q in scđo tractata sũt). si igit p cognitionem intellectiuã q est ex fantasmatib⁹ possit puenire aliqs nostrũ ad intelligẽdas substãtias separatas:possibile erit q aliqs in hac vita intelligat ipsas substãtias separatas:et p cõseques vidẽdo ipsas substãtias separatas participabit modũ illi⁹ cognitõis: quo substãtia separata intelligẽs se intelligit deũ. Si aũt p cognitionẽ q est ex fantasmatib⁹ nullo mõ possit puenire ad itelligẽdas substantias separatas nõ erit possibile q hõ in statu huius vite pdictũ modũ diuine cognitiõis assequat. Qz aũt ex cognitõe q est p fantasmata ad itelligẽdũ substãtias separatas puenire possimus aliq diuersimode posuerũt. Auẽpace nãq3 posuit q p studiũ speculatiuarũ sciarũ possum⁹ ex his intellectis q p fãtasmata cognoscimus. puenire ad intelligẽdas substãtias separatas. Possum⁹ enim actiõe intellectus extrahere qdditatẽ rei cuiuslibet hñtis qdditatẽ q nõ est sua qdditas. Est.n.itellect⁹natus cognoscere quãlibet qdditatẽ inquantũ est qdditas cũ itellectus pprĩũ obiectũ sit qd qd est. Si aũt illud qd pmo p itellectũ possibilẽ itelligitur est aliquid hñs quidditatẽ: possumus p intellectũ possibilẽ abstrahere qdditatẽ illius pmo itellecti:et si illa quidditas hẽat quidditatẽ:possibile erit iterũ abstrahere quidditatẽ illi⁹ qdditatis et cũ nõ sit pcedere in infinitũ o3 q stet alicubi. Põt igit intellect⁹ noster puenire via resolutõis ad cognoscẽdas quidditatẽ substãtie separate nõ habẽtẽ aliam quidditatẽ. talis aũt est quidditas substãtie separate:põt igit itellect⁹noster p cognitionẽ q ex fãtasmatib⁹ accipit pũcire ad intelligẽdas substãtias separatas. Pro cedit aũt ad oñdẽdũ idẽ p aliã silem viaz. Ponit.n. q itellectũ vnius rei vt puta equi apud me et apud te multiplicat solũ p multiplicationẽ spẽrũ spiritualiũ q sunt diuerse in me et in te. o3 igit q itellectũ q nõ sustẽtat in aliqua hmõi spẽ: sit idẽ apud te et apud me.s3 quidditas itellecti quã intellectus noster nat⁹ est abstrahere.(vt pbatũ est).nõ h3 aliquã spẽm spiritualẽ et idiuidualẽ.cũ quidditas itellecti nõ sit quidditas idiuidui neq3 spiritualis neq3 corporalis.cũ itellectũ inquãtũ est hmõi sit vle:itellectus igit noster natus est itelligere quidditatẽ cuius itellectus est vnus apud oẽs.talis aũt est quidditas substãtie separate: est igit itellectus noster natus cognoscere substãtiã separatã. Si aũt diligẽter cõsideretur. vie iste friuole ineniẽt. Cũ.n.itellectũ inquãtũ hmõi sit vle o3 q quidditas intellecti sit quidditas alicuius vlis.s.generis vl spẽi.quidditas aũt generis vl spẽi:horũ sensibiliũ:cuius cognitionẽ intellectiuam p fãtasmata accipim⁹:cõprebẽdit in se materiã et formã. Est igit oino dissimilis quidditati substãtie separate:q est simplex et immaterialis.nõ est igit possibile q p hoc qd itelligit quidditas rei sẽsibilis p fãtasmata intelligat quidditas substantie separate.

2 Preterea nõ est eiusdẽ rõnis forma q scđm se nõ põt separari ab aliquo subiecto cũ illa q separat scđm eẽ a tali subiecto. l3 vtraq3 scđm cõsiderationẽ accipiat absq3 tali subiecto.nõ.n.est eadẽ rõ magnitudis et substãtie separate nisi ponamus magnitudines separatas medias iter spẽs et sensibilia:sic aliqui platonici posuerunt.quidditas aũt gñis vel spẽi rerũ sensibiliũ nõ põt separari.scđm eẽ ab hac idiuiduali mãnisi forte scđm platonicos ponamus rerũ species separatas qd est ab Aristo.iprobatũ.est igit oino dissimilis quidditas pdicta substãtiis separatis que nullo modo est in materia non igitur per hoc q hẽ quidditates intelliguntur: substãtie separate itelligi põt.

Auẽpace opi. quam cõmẽ. 3° de aia cõ. 36.refert

alia via oñdens opi.pdi.

Improbatio

3 ℭ Adhuc si quidditas substantie separa-
te detur eē eiusdē rōnis cū quidditate ge-
neris vel spēi istoꝝ sensibiliū nō poterit di-
ci ꝙ sit eiusdē rōnis fm spēm. nisi dicam⁹
ꝙ spēs hoꝝ sensibiliū sint ipse substantie se
parate sicut platonici posuerūt. Remanet
igitur ꝙ nō erunt eiusdē rōnis nisi quantū
ad rōnem quidditatis inquantū est quiddi
tas. Hec autē est rō cōmunis generis sci-
licet ꝛ speciei ꝛ substātie. Nō igitur p has
quidditates de substātijs separatis aliqd
intelligi poterit nisi remotū genus ipsarū.
Cognitio autē genere nō propter hoc co-
gnoscitur species nisi in potentia. Nō pote
rit igitur intelligi substātia separata per in
tellectum harum quidditatum.

4 ℭ Amplius maior est distantia substan-
tie separate a sensibilibus q̄ȝ vnius sensibi
lis ab alio. Sed intelligere qdditatē vnius
sensibilis nō sufficit ad intelligendā quiddi
tatē alterius sensibilis. Cecus.n.natus per
hoc ꝙ itelligit quidditatē soni nullo modo
potest peruenire ad intelligendā quiddita-
tē coloris.multo igit̄ minus per hoc ꝙ itel
ligat quis quidditatē sensibilis sube pote-
rit intelligere quidditatē sube separate.

5 ℭ Itē si etiā ponamus ꝙ substantie sepa
rate orbes moueant ex quoꝝ motibus cau
santur forme sensibiliū. hic modus cogni-
tionis substantie separate ex sensiblibus nō
sufficit ad sciendā quidditatē ipsaꝝ: nā per
effectū scit̄ cā.vel rōne similitudinis que est
inter effectum ꝛ causam. Uel inquantum
effectus demonstrat virtutē cause. ratione
autē similitudinis ex effectu nō poterit sci-
ri de causa quid est nisi sit agens vnius spe
ciei.sic autē nō se hn̄t substātie separate ad
sensibilia.rōne autē virtutis.hoc ēt nō po-
test eē nisi qn̄ effectus adequat virtutē cau
se.tunc enim per effectū tota virtus cause
cognoscit̄. virtus aūt rei demonstrat sub-
stantiā ipsius. Hoc aūt in ꝓposito dici nō
pōt:nā virtutes substantiaꝝ separataꝝ ex-
cedunt effectus sensibiles oēs quos intelle
ctu cōprehendimus.sicut virtus vniuersa-
lis effectū particularē. nō est igit̄ possibile
ꝙ per sensibiliū itellectū deuenire possim⁹
ad intelligendum substantias separatas.

6 ℭ Adhuc oia intelligibilia in quoꝝ cogni
tionē deuenimus per inquisitionē ꝛ studiū
ad aliquā scientiaꝝ speculatiuaꝝ pertinēt.
Si igit̄ p hoc qd̓ intelligimus nās ꝛ quid-
ditates istoꝝ sensibiliū ꝑuenimus ad intel-
ligendas substātias separatas.oȝ ꝙ intelli
gere substātias separatas cōtingat p aliq̄ȝ
scientiaꝝ speculatiuaꝝ. Hoc aūt nō vide-
mus.nō est enim aliq̄ speculatiua scientia
que docet de aliq̄ substātiaꝝ separataꝝ qd
est.sed solū q2 sunt. nō est igit̄ possibile ꝙ p
hoc ꝙ intelligimus nās sensibiliū peruenia
mus ad intelligēdas substātias separatas.
⸿ Si aūt dicat̄ ꝙ est possibile eē aliquam Obie.
talē scientiā speculatiuā q̄ȝuis adhuc nō sit
inuenta. ⸿ Hoc nihil est.q2 nō est possibi- R.
le p aliq̄ principia nobis nota ad intelligen
das substātias p̄dictas deuenire.oia enim
ꝓpria principia cuiuscūqȝ scie depēdēt ex
principijs primis idemōstrabilibus p se no
tis quoꝝ cognitionē a sensibilibus accipi-
mus.(vt pȝ in fine posterioꝝ). sēsibilia au
tē nō sufficienter ducūt in cognitionē rerū
imāliū.(vt p suplores rōnes est ꝓbatū).
nō est ergo possibile aliq̄ȝ sciam eē p quaȝ
ad itelligēdas subas sepatas ꝑuēire possit.
ℭ Qȝ nō possumus in hac vita intelligere
subas separatas sic posuit Alexāder. 42.



Alia vero Alexāder po
suit qd̓ intellectus possibilis
est generabilis ꝛ corruptibilis
vtpote q̄dā preparatio hūane
nature ꝯsequēs ꝯmixtionē elemētoꝝ.(vt ca° 61°
in.2.habitū ē). nō est aūt possibile vt talis positio
virtus supra mālia eleuet̄.posuit ꝙ intelle- alexan-
ctus possibilis noster nūquā possit ꝑuenire dri quā
ad intelligēdas substantias separatas.posu refert
it tn̄ ꝙ nos fm statū p̄ntis vite possumus cōmē.
substātias separatas intelligere. ⸿ Qd̓ q- 3° de
dē oñdere nitebat̄ hoc mō. ⸿ Unūqd̓qȝ aia cō.
qn̄ ꝑuenerit ad cōplemētū in sua ḡnatōe ꝛ 36.
ad vltimā ꝑfectionē sue substātie. cōplebit̄
opatio ꝓpria sua siue actio siue passio.sic
enim opatio substātiā sequit̄. ita opatiōis
ꝑfectio ꝑfectionē substātie. vn̄ aial cū fuerit
ex toto ꝑfectū poterit p se ambulare. In-
tellectus aūt habitualis q nihil est aliud q̄ȝ
spēs intelligibiles facte p intellectū agentē
existētes in itellectu possibili opatio est du
plex. Una vt faciat intellecta in potētia eē
intellecta actu. quā hȝ ex parte intellectus

agentis secunda est intelligere intellecta in actu. Hoc.n.duo hō pōt facere ꝑ habitū intellectualē:qñ igit̄ cōplebit̄ generatio intellectus in habitu cōplebit̄ in ipso vtraqꝫ ꝑmissaꝝ operationū.semꝑ aūt accedit ad cōplemētū sue generatōis dū nouas spēs intellectas acqrit: ⁊ sic necesse est ꝙ qñqꝫ generatio cōpleat̄ nisi sit ipedimētū: qꝛ nulla generatio est ad infinitū tēdens. Cōplebitur igit̄ qñqꝫ vtraqꝫ operationū intellectus in habitu ꝑ hoc ꝙ oia intellecta in potentia faciet in actu qḋ est cōplemētū prīe operatōis.⁊ ꝑ hoc ꝙ intelliget oia intelligibilia separata ⁊ nō separata. Cū aūt intellectus possibilis nō possit intelligere substantias separatas iā s̄m eius opinionē. (vt dictū est).intendit ꝙ intelligemus ꝑ intellectū in habitu substātias separatas inquantū intellectus agēs q ab ipso ponit̄ suba separata fiet forma intellectus in habitu ⁊ in nobis ipsis.ita ꝙ ꝑ eū intelligemus sicut nunc intelligimus ꝑ intellectū possibilē ⁊ eū de virtute intellectus agentis sit facere oia intellecta in actu q̄ sunt intelligibilia.in potentia ēt intelligere substantias separatas.in statu illo intelligemus oēs substantias separatas.⁊ oia intelligibilia nō separata. Et secundū hoc per hanc cognitionem que est ex fantasmatib⁹ peruenimus in cognitionē substātie separate.nō qḋ ipsa fantasmata intellecta per ea sint mediū aliqḋ ad cognoscēdas substātias separatas.put accidit in scientiis speculatiuis sicut posuit opinio superior.sed inquantū spēs intelligibiles sunt quedā dispositiōes in nobis ad talē formā que est intellectus agens. ¶ Et hoc est primū in quo differunt he due opiniones. Unde qñ intellectus in habitu fuerit perfectus per hmōi species intelligibiles in nobis factas ab intellectu agente fiet ipse intellectus agens nobis forma. (vt dictum est). ⁊ nominat ipsum intellectū adeptū.de quo dicunt Aristo. dicere ꝙ sit ab extrinseco.⁊ sic licet in sciētiis speculatiuis nō sit ꝑfectio vltima humana sicut superior ponebat opinio. per eas tñ hō disponit̄ ad vltimā perfectionē ꝯñdam. ¶ Et hoc est secundum in quo differt secunda opinio a prima. ¶ Tertio aūt differt ꝑ hoc ꝙ s̄m primā opinionē intelligere intellectū agentem est eū ꝙ ꝯtinuet̄ nobiscū:s̄m vero hāc secundā opinionē est ecōuerso. nā ꝓꝑ hoc ꝙ nobiscū cōtinuat̄ vt forma intelligimus ipsū ⁊ alias substātias separatas. ¶ Hec Impro
aūt irrōnabiliter dicunt̄. Intellectus.n.in batio
habitu sicut intellectus possibilis ponit̄ ab opi.
Alexandro eē generabilis ⁊ corruptibilis. Alex.
eternū aūt nō pōt fieri forma generabilis ⁊ corruptibilis s̄z eū:ꝓꝑ hoc.n.ponit intellectū possibilē q vnit̄ nobis vt forma eē generabilē ⁊ corruptibilē:intellectū vero agentē q est incorruptibilis eē substātiā separatā. cū igit̄ intellectus agens s̄m Alexandꝝ ponatur esse quedā substantia separata eterna:impossibile erit quod intellectus agens fiat forma intellectus in habitu.

2 ¶ Preterea forma intellectus inquantū est intellectus est intelligibile sicut forma sēsus est sensibile.nō.n.recipit intellectus aliquid ꝑ se loquēdo nisi intelligibiliter sicut nec sensus nisi sensibiliter. si igit̄ nō pōt intellectus agēs eē itelligibile ꝑ intellectū in habitu.impossibile erit ꝙ sit forma eius.


3 ¶ Itē itelligere aliqd tripliciter dicimur. Uno modo sicut intelligimus intellectū q est virtus a qua egredit̄ talis opatio. vñ ⁊ ipse intellectus intelligere dicit̄ ⁊ ipsū intelligere intellectus fit itelligere nostꝝ. alio modo sicut spē intelligibili:qua qdem dicimur intelligere nō quasi ipsa intelligat.sed quia vis intellectiua ꝑficit̄ per eā in actu:sicut vis visiua per spēm coloris. Tertio modo sicut medio ꝑ cuius cognitionē deuenim⁹ in cognitionē alterius. Si igit̄ hō qñqꝫ ꝑ intellectū agentē intelligat substātias separatas:oꝫ aliquo modoꝝ dictoꝝ h⁹ dici.nō aūt dicit̄ hoc mō tertio qꝛ nō cōcedit Alexander ꝙ intelligat intellectū agētem vł intellectus possibilis vł intellectus in habitu. nec ēt secūdo modo: quia intelligere ꝑ speciē intelligibilē attribuitur virtuti intellectiui cuius illa species itelligibilis est forma. Nec aūt cōcedit Alexander ꝙ intellectus possibilis vel intellectus in habitu itelligat substantias separatas.vñ nō pōt eē qḋ sic intelligamus substantias separatas ꝑ intellectum agentē sicut intelligimus aliqua ꝑ spēm intelligibilē. Si aūt sicut per virtutē intellectiuā:oꝫ qḋ ipsum intelligere intellectus agentis sit intelligere hois.hoc aūt eē

nõ põt:niſi ex ſubſtantia intellectus agẽtis ⁊ ſubſtantia hominis fiat vnū ſecūdum eē. impoſſibile eſt enim ſi ſint due ſubſtantie ſecūdum eē diuerſe quod opatio vnius ſit opatio alterius. Erit igiᷓ intellectus agens vnū ſecūdum eē cū homine: nõ aūt ſecūdū eē accidẽtale. qꝛ iam nõ eēt itellectus agẽs ſubſtãtia. ſed accidẽs. ſic. n. ex colore ⁊ corpore ſit vnum ſm eē accidẽtale. Relinquiᷓ igitur ꝙ intellectus agens ſit cum homine vnū ſecundum eē ſubſtãtiale. erit igiᷓ vł aīa humana vel pars eius ⁊ nõ aliqua ſuba ſeparata ſicut Alexãder ponit. nõ igitur ſm opinionem Alexãdri poteſt poni ꝙ homo intelligat ſubſtantias ſeparatas.

4 ¶ Amplius ſi intellectus agẽs quãdoqꝫ fiet forma iſtius hoīs. ita ꝙ ꝑ ipſum intelligere poſſit: eadem rõne poterit fieri forma alterius hoīs per ipſum ſiſr intelligẽtis. ſequitur ergo ꝙ duo hoīes ſimul ꝑ itellectū agẽtem intelligẽt. ſicut per formam ſuam. hoc aūt eſt ita qȯ ipſum intelligere intellectus agẽtis ſit itelligere intelligẽtis ꝑ ipſū. (vt iã dictū eſt). erit ḡ idẽ itelligere duoꝝ intelligẽtiū qȯ eſt ipoſſibile. rõ ẽt ſua friuola eſt oīno. ¶ Primo qdẽ qꝛ qñ ꝑficit gñatio alicuiꝰ gñis. oꝫ qȯ ꝑficiaᷓ ſua opatio. ſꝫ tñ ſm modū ſui gñis. nõ aūt ſcḋm modū gñis altioris. Cū. n. ꝑficiᷓ gñatio aeris: hꝫ gñationẽ ⁊ motū cõpletū ſurſum. nõ tñ vt moueaᷓ ad locū ignis. ſiſr aūt cū cõpleᷓ generatio itellectꝰ in habitu. ꝯplebiᷓ eiꝰ operatio q̃ eſt intelligere ſꝫ ſuū modū. nõ autẽ ſm modū quo itelligūt ſubẽ ſeparate. vt. ſ. intelligat ſubas ſeparatas. vñ ex gñatione intellectus in habitu nõ põt cõcludi ꝙ hõ qñqꝫ itelligat ſubas ſeparatas. ¶ Secūdo qꝛ eiuſdẽ virtutis eſt cõplemẽtū opatiõis cuius eſt opatio ipſa: ſi igiᷓ intelligere ſubſtãtias ſeparatas ſit cõplemẽtū opatõis intellectus in habitu: ſequeᷓ ꝙ itellectꝰ in habitu itelligat qñqꝫ ſubas ſeparatas. qȯ Alexãder nõ ponit: ſequereᷓ. n. qȯ itelligere ſubſtãtias ſeparatas cõtigeret ꝑ ſcientias ſpeculatiuas q̃ ſub itellectu in habitu cõprehẽduntᷓ. ¶ Tertio qꝛ eoꝝ q̃ generari icipiunt cõpletur generatio vt in pluribꝰ. cū oẽs generationes reꝝ ſint a cauſis determinatis q̃ ꝯſequunᷓ effectus ſuos vel ſemꝑ vel in maiori parte. Si igiᷓ ad cõpletionẽ generatiõis: ſequiᷓ ẽt cõplemẽtū actionis. oꝫ ẽt ꝙ operatio cõpleta cõſequaᷓ ea que generantur vel ſemper vel in maiori parte. Intelligere aūt ſubſtantias ſeparatas nõ cõſequūtur qui ad generationem intellectus in habitu ſtudent neqꝫ in pluribus neqꝫ ſemper: quinimo nullus profeſſus eſt ſe ad hanc ꝑfectionem perueniſſe. nõ eſt igitur complementum operationis intellectus in habitu intelligere ſubſtantias ſeparatas.

Solu° rõnes opi. Alex.

¶ Qȯ nõ poſſumus itelligere in hac vita ſubas ſeparatas ſicͭ poſuit Auerrois. 43.



Alia vero maxima difficultas eſt in opinione Alexandri ex hoc quod ponit intellectum poſſibilem in habitu totaliter corruptibilē Auerrois faciliorem viam ſe eſtimauit adinueniſſe ad oſtẽdendum ꝙ quandoqꝫ intelligamus ſubſtãtias ſeparatas ex hoc ꝙ ponit intellectum poſſibilem incorruptibilem ⁊ a nobis ſm eſſe ſeparatum ſicut ⁊ intellectum agentẽ. ¶ Oſtendit enim primo ꝙ neceſſe eſt ponere ꝙ intellectus agens ſe habeat ad principia naturaliter cognita a nobis vel ſicut agens ad inſtrumẽtum: vel ſicut forma ad materiaꝫ. Intellectus enim in habitu quo intelligimus non ſolum habet hanc actionem que eſt intelligere. ſed etiam hanc q̃ eſt facere intellecta in actu. vtrunqꝫ enim experimur in noſtra poteſtate exiſtere. hoc autem quod eſt facere itellecta in actu magis proprie notificat intellectum in habitu q̃ꝫ intelligere. quia prius eſt facere intellecta in actu q̃ꝫ intelligere. Sunt enim q̃daꝫ in nobis facta intellecta in actu naturaliter nõ ex ſtudio aut ex noſtra voluntate ſicͭ prima intelligibilia. hoc autem facere intellecta actu non contingit per intellectū in habitu per quem fiunt intellecta in actu ea q̃ ſcimus ex ſtudio: ſed magis ſūt initiū itellectus in habitu. vñ ⁊ habitꝰ hoꝝ itelligibiliū. (ab Ariſto. in. 6. ethicoꝝ itellectꝰ diciᷓ). fiunt autem intellecta in actu per ſolum intellectum agentem. per hoc aūt ſiūt itellecta in actu alia que ex ſtudio ſcimꝰ. facere igitur hec cõſequẽtia itellecta in actu. Eſt actio ⁊ intellectus in habitu quantū ad prima principia ⁊ ipſius intellectus agentis:

3° de aia cõ. 36.

cendum ꝙ communicant in actione eius intellecta ſpeculatiua. Hec autem communicant in actione eius que eſt intelligere ſubſtantias ſeparatas cum ſint ſpecies rerum ſenſibiliuz.niſi redeamus ad opinionem Auempace qui quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum poſuit cognoſci ꝑ ea que intelligimus de iſtis ſenſibilibus.nullo igitur modo per viaz predictam poterimꝰ intelligere ſubſtantias ſeparatas.

5 ¶ Preterea intellectus agens ſecunduz alium ordinem comparatur ad intellecta ſpeculatiua quorum eſt factiuus. ⁊ ſubſtantias ſeparatas quarum non eſt factiuus.ſz cognoſcitiuus tantum ſecundum eius poſitionem.non igitur oportet ſi copuletur nobis per hoc ꝙ eſt factiuus intellectoruz ſpeculatiuorum ꝙ copuletur nobis ſecundum ꝙ eſt cognoſcitiuꝰ ſubſtātiaꝝ ſepataꝝ. ſz in tali ꝓceſſu ē deceptio manifeſte ſz acciñs.

6 ¶ Adhuc ſi per intellectum agentem cognoſcimus ſubſtantias ſeparatas.hoc non eſt inquantum intellectus agens eſt forma huius vel illius intellecti ſpeculatiui.ſed inquantum fit forma nobis.ſic enim ꝑ ipſuz poſſumus intelligere.Fit autem forma.nobis etiam per prima intellecta ſpeculatiua ſecundum ꝙ ipſe dicit.ergo ſtatim a principio homo poteſt per intellectum agentem intelligere ſubſtantias ſeparatas.¶ Si au- Solu° tem dicatur ꝙ nō fit nobis perfecte forma per quedam intellecta ſpeculatiua intellectus agens vt per ipſum poſſumus intelligere ſubſtantias ſeparatas.¶ Hoc nō eſt Improbatio niſi quia ipſa intellecta ſpeculatiua nō adequant perfectionem intellectus agentis in intelligendo ſubſtantias ſeparatas.ſed nec omnia intellecta ſpeculatiua ſimul accepta adequant illam perfectionem intellectꝰ agētis ſecundum ꝙ intelligit ſubſtantias ſeparatas.cum omnia hec non ſint intelligibilia niſi inquantum ſunt facta intellecta. illa vero ſunt intelligibilia ſecundum ſuaz naturam.non igitur per hoc ꝙ omnia ſpeculatiua itelligibilia ſciemus.oportebit ꝙ ita perfecte intellectus agens fiat nobis forma ꝙ per ipſum intelligamus ſubſtātias ſeparatas. vel ſi hoc non requiritur oportebit dicere ꝙ intelligendo quodlibet intelligibile intelligimus ſubſtantias ſeparatas.

¶ Qꝫ vltima felicitas hominis nō cōſiſtit in cognitōe ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ qualem predicte opiniones fingunt. 44.



Non eſt autē poſſibile neqꝫ felicitatem humanaz in tali cognitione ſubſtantiaruz ſeparatarum ponere ſicut predicti phi poſuerūt.¶ Vanū enim eſt ꝙ eſt ad finem quem nō pōt cōſequi.cum igitur finis hominis ſit felicitas in quam tendit naturale ipſius deſiderium nō pōt poni felicitas hominis in eo ad qḋ hō peruenire nō pōt.alioquin ſequeret̃ ꝙ hō eēt inuanū ⁊ nale eius deſideriū eēt inane. qḋ eſt ipoſſibile.Quod aūt intelligere ſubſtantias ſeparatas hōi ſit ipoſſibile ſm predictas poſitiones.(ex dictis eſt manifeſtum).nō eſt igitur in tali cognitione ſubſtātiarum ſeparatarum felicitas hominis conſtituta.

2 ¶ Preterea ad hoc ꝙ intellectus agens vniatur nobis vt forma.ita ꝙ per ipſuz intelligamus ſubſtantias ſeparatas. requiritur ꝙ generatio intellectus in habitu ſit cōpleta.(ſm Alexandrum). vel ꝙ omnia intellecta ſpeculatiua ſint fcā in nobis i actu. (ſm Auerroim). q̄ duo in idem redeunt. nam ſm ꝙ intellectus in habitu generat̃ in nobis ſecundum ꝙ intellecta ſpeculatiua fiunt in nobis in actu.Omnes autē ſpecies rerum ſenſibilium ſunt intellecte in potentia.Ad hoc igitur ꝙ intellectus agens copuletur alicui:oportet ꝙ itelligat in actu per intellectum ſpeculatiuum omnes naturas rerum ſenſibilium ⁊ omnes virtutes ⁊ operationes ⁊ motus eorum.quod non eſt poſſibile aliquem hominem ſcire per principia ſcientiarum ſpeculatiuarum ꝑ quas mouemur ad continuationem intellectus agentis.vt ipſi dicunt. cum ex his que noſtris ſenſibus ſubſunt.ex quibus ſumuntur principia ſcientiarum ſpeculatiuarum non poſſit perueniri ad omnia predicta cognoſcenda.Eſt igitur impoſſibile ꝙ aliquis homo ad illam continuationem perueniat ꝑ modū ab eis aſſignatū.nō eſt igitur poſſibile ꝙ in tali continuatione ſit hoīs felicitas.

3 ¶ Adhuc dato ꝙ talis continuatio hominis ad intellectum agentem ſit poſſibilis qualem ipſi deſcribunt. planum eſt quod

talis perfectio paucissimis hominum advenit in tantum q nec ipsi nec aliqui quātūcunq; in scientijs speculatiuis studiosi et periti ausi sunt talē perfectionē de se profiteri: quinimo omnes plurima a se asserunt ignorata (sicut Aristote. quadraturā circuli). et rationes ordinis corporum celestium in quibus. (vt ipsemet dicit in .2. de celo). non nisi topicas ratiōes reddere potest. Et quid sit in eis necessarium et eorum motoribus alijs. (reseruat in vndecimo methaphisice). felicitas autē est quoddam commune bonum ad quod plures puenire possunt nisi sint orbati. (vt Aristo. dicit in primo ethicorum). et hoc etiam verum est de omni fine naturali alicuius speciei: quia ipsum consequentur ea que sunt illius speciei vt in pluribus: non est ergo possibile quod vltima hominis felicitas in continuatione predicta consistat.

tex.cō. 61.

tex.cō. 36. et infra.

4 Patet autem quod nec Aristo. cuius sententiam sequi conantur predicti philosophi in tali continuatione hominis vltimam felicitatē opinatus est esse. Probat enim in primo ethicorum. (quod felicitas hominis est operatio ipsius secundū virtutem perfectam). vnde necesse fuit qd de virtutibus determinaret quas diuisit i virtutes morales et itellectuales. Ostēdit autem in decimo eiusdem libri. (quod vltima felicitas hominis est in speculatione). vnde patet quod non est in actu alicuius virtutis moralis nec prudentie: nec artis. que tamen. sunt intellectuales. Relinquitur igitur quod sit operatio secundum sapientiam que est precipua inter tres residuas intellectuales: que sunt sapientia: sciētia et intellectus. (vt ostendit in sexto ethicorum). (Vnde. Et in .io°. ethicorum). sapientem indicat esse felicem: sapientia autem secundum ipsum est vna de scientijs speculatiuis caput aliarum. (vt dicitur in. vi. ethicorum). (et in principio metaph̄). scientiam quam in illo libro tradere intendit: sapientiam nominat. Patet ergo q opinio Aristote. fuit q vltima felicitas quam homo in hac vita acquirere potest sit cognitio de reb⁹ diuinis qualis per scientias speculatiuas haberi potest. Ille autem posterior modus cognoscendi res diuinas non per viam scientiarum speculatiuarum sed quodam generationis ordine naturali est confictus ab expositoribus quibusdam.

et snia aristo.

ca.17.

ca.io.

ca.4. ca.8. ca.8.

Qz non possumus in hac vita itelligere substantias separatas. 45.



Via igitur secundum modos predictos substantie separate non possunt cognosci a nobis in vita ista: inquirendum restat vtrū aliquo modo in vita ista substantias ipsas separatas intelligere possumus. Quod autem hoc sit possibile nititur ostendere Themistius per locum a minori. Substantie enim separate sunt magis intelligibiles quam materialia. Hec enim sunt intelligibilia inquantum sunt facta intellecta in actu per intellectum agentem: illa vero sunt secundum seipsa intelligibilia si ergo itellectus noster comprehendit hec materialia: multo magis natus est intelligere illas substantias separatas. Hec autem ratio secundū diuersas opiniones de intellectu possibili diuersimode iudicanda est. Si enim intellectus possibilis non sit virtus a materia dependens et sit iterum secundum se a corpore separatus. (vt Auerroys ponit). sequetur q nullum necessarium ordinem ad res materiales habeat: vnde que sunt magis intelligibilia in seipsis: erunt et magis intelligibilia: sed tunc sequi videtur q cum nos a principio per intellectum possibilem intelligamus: q a principio intelligamus substantias separatas: quod patet esse falsum. Sed hoc inconueniens euitare Auerroys nititur secundum ea que de eius opinione dicta sunt: que patet esse falsa ex premissis. Si autem intellectus possibilis nō est a corpore separatus secundum esse ex hoc ipso q est tali corpori vnitus secundum esse: habet quedam necessarium ordinem ad materialia vt non nisi per illa ad aliorū cognitionē peruenire possit: vnde nō sequit̄ si substātie separate in seipsis sint magis intelligibiles q pp hoc sint magis itelligibiles itellectui nr̄o. Et hoc demonstrant verba: (Aristotelis in secundo me

opi. the ex mistij. ex com mēto re com mento 63 .3°. de aīa.


tertu. taphi.). Dicit eniz ibidem:(ꝙ difficultas
cō.pⁱmi intelligendi res illas accidit ex nobis non
ex illis. Nam itellectus noſter ſe habet ad
manifeſtiſſima rerum ſicut ſe habꝫ oculus
veſpertilionis ad lucem ſolis). Unde per
materialia intellecta non poſſunt intelligi
ſubſtantie ſeparate:(vt ſupra oſtenſuz eſt).
Seqᷓtur quod itellectus poſſibilis no-
ſter nullo modo poſſit intelligere ſubſtan-
tias ſeparatas. ¶ Hoc etiam apparet ex
ordine intellectus poſſibilis ad agentem.
Potentia.n.paſſiua ad illa ſoluz eſt in po-
tentia in que poteſt proprium eius actiuuz
omni.n.potentie paſſiue reſpōdet poten-
tia actiua in nā:alias potētia paſſiua eſſet
fruſtra cū non poſſit reduci in actum niſi ꝑ
actiuam:vnde videmus ꝙ viſus nō eſt ſu-
ſceptiuus niſi colorum qui illuminantur ꝑ
lucem:intellectus autem poſſibilis cum ſit
virtus quoddammodo paſſiua habet pro
prium agens ſibi reſpondens. ſ.intellectuz
agentem:qui ita ſe hꝫ ad intellectū poſſibi-
lem:ſicut ſe hꝫ lux ad viſum: nō eſt igiṫ in-
tellectus poſſibilis in potētia niſi ad illa in
telligibilia que ſunt facta ꝑ intellectuz agē
tertu. tem.(vnde ⁊ Ari.in.iij.de anima).deſcri-
cō.18. bens vtrūqꝫ intellectuz diċ.(ꝙ intellectus
poſſibilis ē quo ē oia fieri:agēs vero quo ē
oia facere).vt ad eadē vtriuſqꝫ potētia re-
ferri intelligatur huius actiua:illius paſſi-
ua. Cuz ergo ſubſtātie ſeparate nō ſint fa-
cte intellecte in actu per intellectum agen-
tem:ſꝫ ſolū materialia:ad hec ſola ſe exten
dit poſſibilis intellectus:non igitur per ipſꝫ
poſſumus intelligere ſubſtantias ſepara-
tas. ¶ Propter quod Ariſtoteles con-
gruo exemplo vſus eſt: naꝫ oculus veſper-
tilionis nūqꝫ pōt videre lucē ſolis:(ꝙuis
2° meᵗᵉ Auerrois): hoc exēplū deprauare nitatur
cō.pⁱmo dicēs:(ꝙ ſimile nō eſt de intellectu noſtro
ad ſubſtātias ſeꝑatas ⁊ oculo veſpertiliōis
ad lucem ſolis quantū ad ipoſſibilitatē:ſed
ſolū quantū ad difficultatē. qᵭ tali rōne ꝓ
bat ibidē: quia ſi illa q̄ ſunt intellecta ſꝫ ſe
.ſ.ſbe ſeparate eēnt nobis ipoſſibiles ad in
telligendū:fruſtra eēnt ſicut ſi eēt aliqᵭ viſi
Impro bile qᵭ a nullo viſu videri poſſit). ¶ Que
batio ex quidem rō ꝗꝫ friuola ſit apparet. Et ſi.n.a
poſitōis nobis nūquā ille ſubſtātie intelligerētur:tñ
auerro. intelligerentur a ſeipſis. vnde ne fruſtra in-
telligibiles eſſent ſicut nec ſol fruſtra viſibi
lis eſt.(vt Ari. exemplum proſequamur):
quia non poteſt ipſum videre veſpertilio:
cum poſſit ipſum videre homo ⁊ alia ani-
malia:ſic ergo intellectus poſſibis ſi poni-
tur corpori vnitus ſecundum eē non poteſt
intelligere ſubſtantias ſeparatas. Intereſt
tamen qualiter de ſubſtantia ipſius ſentia
tur. Si enim ponatur eſſe quedam virtus
materialis generabilis ⁊ corruptibis:(vt
quidā poſuerūt).ſequitur ꝙ ex ſua ſubſtā
tia determinatur ad intelligēdum materia
lia:vnde neceſſe eſt ꝙ nullo modo poſſit in
telligere ſubſtantias ſeparatas:quia impoſ
ſibile erit ipſum eſſe ſeparatum. Si autem
itellectus poſſibilis quāuis ſit corpori vni-
tus:eſt tamen incorruptibilis ⁊ a materia
non dependens ſecundum ſuuꝫ eſſe.(ſicut
ſupra oſtendimus). ſequitur ꝙ obligatio
ad intelligēdas res materiales accidat ei
ex vnione ad corpus:vnde cuꝫ anima a cor
pore tali fuerit ſeparata: intellectus poſſibi
lis intelligere poterit ea que ſecundū ſe ſūt
intelligibilia ſcilicet ſubſtantias ſeparatas
per lumen intellectus agentis quod eſt ſi-
militudo in anima intellectualis lumis qᵭ
eſt in ſubſtātijs ſeꝑatis. ¶ Et hec ē ſentē-
tia noſtre fidei de itelligēdo ſubas ſeꝑata-
s a nobis poſt mortem ⁊ non in hac vita.

¶ Qꝫ anima in hac vita non intelligit ſe-
ipſam per ſeipſam. 46.


Idetur autē
difficultas quedam contra ꝑ
dicta afferri ex qbuſdā Aug.
verbis que diligenter pertra Ca° 3°.
ctāda ſūt. ¶ Dicit eni in.viiij.de trini.(ꝙ
mens ſicut corporearum rerum noticias
per ſenſus corporis colligit:ſic incorporea
rum reruꝫ per ſemetipſā): ergo ⁊ ſeipſā ꝑ
ſeipſā nouit:qm̄ ipſa eſt incorporea. ¶ Ex
his enim verbis videtur ꝙ mens noſtra ſe
per ſeipſam intelligat ⁊ intelligendo ſe in-
telligat ſubſtantias ſeparatas:quod eſt cō-
tra ꝑdicta. ¶ Inquirere ergo oportet quo
modo anima noſtra per ſeipſam intelligat Con°.
ſe. ¶ Impoſſibile ē autē dici ꝙ per ſeipſā pbo.
intelligat de ſe qd eſt. ¶ Per hoc.n.ſit po
tentia cognoſcitiua actu cognoſcēs ꝙ ē in
ea id quo cognoſciṫ. Et ſi qdē ſit i ea i potē

ita cognoscit in potentia. si aūt in actu co-
gnoscit in actu. si aūt medio mō: cognoscit
habitu. Ipsa aūt aia semp̄ adest sibi actu &
nunq̄ in potētia vel in habitu tm̄. si igitur
p̄ seipsam aia seipsā cognoscit quid est sēp̄
actu intelliger de se qd est. qđ pz esse falsū.
2 ¶ Adhuc si aia p̄ seipsaz cognoscit de se
qd est. oīs aūt hō aiam hz. oīs igit homo
cognoscit de aia qd est qđ pz eē falsum.
3 ¶ Amplius cognitio q̄ fit p̄ aliquid nālr
nobis inditū est nālis sicut principia inde-
monstrabilia q̄ cognoscūt p̄ lumen intelle-
ctus agentis. Si igit nos de aia scimus qd
est p̄ ipsam aiam. h̄ erit nāliter notū. in his
aūt q̄ nāliter nota sunt nullus pōt errare.
in cognitiōe. n. principioꝝ indemōstrabiliū
nullus errat. nullus igit erraret circa aiam
qd est. si hoc aia p̄ seipsm cognosceret. qđ
patet eē falsum cum multi opinati sint ani-
mam esse hoc vel illud corpus. & aliqui nu
merum vel armoniā. nō igitur anima per
seipsam cognoscit de se quid est.
4 ¶ Amplius in quodlibet ordine qđ ē p̄
se. est p̄us eo qđ est p̄ aliud & p̄ncipiū eius.
qđ ergo est p̄ se notū est p̄us notū oībus q̄
p̄ aliud cognoscunt. & p̄ncipiū cognoscendi
ea sicut prime propositiōes cōclusiōib9. Si
igit aia p̄ seipsā de se cognoscit qd est. hoc
erit p̄ se notū. & p̄ cōsequēs p̄mo notū & p̄n
cipiū cognoscēdi alia. hoc aūt pz eē falsum
nā qd est aia nō supponit in scia q̄si notuz.
sed p̄ponit ex aliis inqrēdū. nō igit anima
Declaratio Au. Augu. ca° 9° de seipsa cognoscit qd est p̄ seipsaz. ¶ Pa
tet q̄ nec ipse Aug. hoc voluit. ¶ Dicit. n.
in. 10. lib. de trini. ¶ Qđ aia cū sui noticiā
q̄rit. nō velit absentē se q̄rit cernere. sz p̄sen
tē se curat discernere. nō vt cognoscat se q̄-
si nō norit. sz vt dinoscat ab eo q̄ alterum
novit. ¶ Ex quo dat intelligere q̄ aia p̄ se
cognoscit seipsā q̄si p̄sentē q̄si ab aliis disti
ctā. vñ & in hoc dicit alios errare q̄ aiam
nō distinxerūt ab illis que sunt ab ipsa di-
versa. per hoc q̄ scit de re qd est. scit res qd
est prout est ab aliis distincta. vñ & diffini-
tio que signat qd est res. distinguit diffini-
tum ab oībus aliis. nō igitur voluit Aug.
qđ anima de se cognoscat qd est p̄ seipsaz.
textu. cō. 16. ¶ Nec Aristo. hoc voluit. (Dicit eniz in
tertio de anima q̄ intellectus possibilis in
telligit se sicut alia). intelligit enim se p̄ spe
ciem intelligibilem qua fit actu in genere
intelligibilium. in se enim consideratus est
solum in potentia ad esse intelligibile. Ni-
hil autem cognoscitur s̄m q̄ est in potētia.
sed s̄m q̄ est in actu. vnde substantie sepa-
rate quarū substantie sunt vt aliquid actu
ens in genere intelligibilium de se intelli-
gunt quid sunt per suas substantias. Intel
lectus vero possibilis noster per speciem in
telligibilem per quam fit actu intelligens.
(vnde & Aristo. in tertio de anima ex ipso tex. 9. 3. & infra
intelligere demonstrat naturam intellect9
possibilis). scilicet q̄ sit immixtus & incor-
ruptibilis. (vt ex premissis patet). Si igi-
tur secundum intentionem Augu. mēs no
stra per seipsam novit seipsam. i quātū de
se cognoscit quod est. ex hoc enim ipso qđ
percipit se agere p̄cipit se esse: agit autem
per seipsam. vnde per seipsam de se cogno
scit quod est. Sic ergo & de substantiis se-
paratis anima cognoscendo seipsaz cogno
scit quia sunt. non autem quid sunt. quod
est earum substantias intelligere. Cū enim
de substantiis separatis hoc q̄ sint intelle-
ctuales quedam substantie cognoscamus.
Vel per demonstrationem vel per fidem.
neutro modo hanc cognitionem accipere
possumus. nisi hoc ipsum quod est intelle-
ctuale anima nostra ex seipsa cognosceret.
Unde & scientia de intellectu anime opor-
tet vti vt principio ad omnia que de substā
tiis separatis cognoscimus. nō aūt oz q̄ si
per scientias speculativas possimus p̄ve-
nire ad sciendum de aia qd est. quod possi
mus ad sciendum quid est de substantiis
separatis per huiusmodi scientias devenī-
re. nā intelligere nostrum per quod perve-
nimus ad sciendum de aia nostra quid est
multum est remotū ab intelligentia substā
tie separate. pōt tñ p̄ hoc quod scit de aia
nostra qd est. p̄veniri ad sciēdū aliquod ge
nus remotū substantiaꝝ separataꝝ. quod
nō est eaꝝ subas intelligere. ¶ Sicut autē
de aia scimus q2 est p̄ seipsā inquantū ei9
actus p̄cipimus. qd aūt sit inquirim9 ex acti
bus & obiectis p̄ p̄ncipia sciētiaꝝ specula-
tivaꝝ. Ita etiā de his q̄ sunt in aia nostra. s.
potētiis & habitibus scimus qdē q2 sunt in
quantū actus p̄cipimus. Quid vero sint
ex ipsorum actuum qualitate invenimus.

¶ Qđ nō possumus in hac vita videre deū per essentiam. 47.



I autem alias substatias separatas in hac vita intelligere nō possumus pp̄ ɔnālitatē intellectus nostri ad fātasmata. multo minus in hac vita diuinā eēntiā videre possumus: q̄ trāscēdit oēs subas separatas. ¶ Huius aūt signū hinc ēt accipi pōt. ¶ Quia quanto magis mēs nostra ad cōtēplanda spiritualia eleuaẗ: tāto magis abstrahiẗ a sensibilibus. vltimus autez terminus quo cōtēplatio ptingere pōt est diuina substantia. vnde oȝ mentē q̄ diuinā substantiā videt totaliter a corporibus sensibus eē absolutā vel p mortē vel p aliquē
Auc.s. raptū. ¶ Hic ē qđ dr̄ ex persōa dei. Exo.
scriptu. 33. (Nō videbit me hō ⁊ viuet). Qđ autē in sacra scriptura aliqui deū vidisse dicunẗ: oȝ intelligi hoc fuisse per aliquā imaginariam visionē seu etiā corporalē prout. s. p aliquas corporeas spēs: vel exterius apparentes: vel interius formatas imaginatōe diuine virtutis presentia demonstrabaẗ. vl ēt sm q̄ alique spirituales substantie aliquaȝ cognitionē de deo intelligibilē pceperunt. ¶ Difficultatē aūt afferunt quedā verba
Augu. Augu. ex quibus vr̄ q̄ in hac vita possim⁹
Aucto. intelligere ipsum deū. (dicit. n. in. 9. lib. de
ɔ̄ pmis- trini.). q̄ in eterna veritate ex qua omnia
sa ca. 7. facta sunt: formā sm quā sumus ⁊ sȝ quā vel in nobis vel in corporibus vera ⁊ recta rōne quid opamur visu mētis cōspicimus atq̄ȝ inde ɔceptā rerū veracē noticiā apud nos habemus. Duodecimo ēt cōfess. dicit. (Si ambo videmus verū eē q̄ dicis: ⁊ ambo videmus verū eē q̄ dico: vbi q̄so id videmus: nec ego vtiq̄ȝ in te nec tu in me: sȝ ambo in ipsa q̄ supra mētes nostras est incōmutabili veritate. ¶ In lib. ēt de vera religiōe dicit q̄ sm veritatē diuinā de omnibus iudicamus. ¶ In lib. aūt soliloquiorum dicit. (q̄ prius est veritas cognoscenda per quā pūt alia cognosci). qđ de veritate diuina intelligere videẗ. ¶ Videẗ ergo ex verbis eius q̄ ipsuȝ deū qui sua veritas est: videamus: ⁊ p ipsuȝ alia cognoscamus. ¶ Ad idē ēt ptinere videnẗ verba eiusdeȝ.
ca° x° (que ponit in. ix. de trini.). sic. dicēs. (Rationis est iudicare de istis corporalibus sȝ rōnes incorporales ⁊ sempiternas que nisi supra mētē humanā essent incōmutabiles profecto nō eēnt. ¶ Rōnes aūt incōmutabiles ⁊ sempiterne alibi q̄ȝ in deo esse non pūt: cum solus deus sm fidei doctrinā sit sempiternus. Videẗ igiẗ seq̄ q̄ deū in ista vita videre possimus: ⁊ p hoc q̄ eū ⁊ in eo rerū rōnes videmus de aliis iudicamus.
¶ Nō est aūt credendū. (q̄ Augu. in ver- Decla-
bis premissis senserit q̄ in hac vita deum ratio
per suā eēntiā intelligere possimus). cū cō Au.
trariū dicat. (in lib. de videndo deum ad Augu.
Paulinā). Qualiter igiẗ illā incōmutabilem veritatē vel istas rōnes eternas in hac vita videamus ⁊ secūdū eā de aliis iudicemus inquirendū est. ¶ Veritatē quidē in aia eē. (ipse Augu. in lib. soliloquiorū ɔfitetur). vnde ab eternitate veritatis imortalitatē aie probat. Nō solū aūt sic veritas est in aia sicut deus p eēntiam in rebus omnibus dicitẗ: neq̄ȝ sicut in rebus oibus est per suā similitudinē prout vnaqueq̄ȝ res intm̄ diciẗ vera inquantū ad dei similitudinē accedit. nō enim in hoc aia rebus aliis pfert. Est ergo spirituali mō in aia inquantū veritatē cognoscit: sicut igiẗ anime ⁊ res alie vere quidē dicunẗ in suis naturis secundū q̄ similitudinem illius summe nature hñt quod est ipsa veritas cū sit suum intellectū esse: ita id quod per aiam cognitum est: verū est inquantū illius diuine veritatis quā deus cognoscit similitudo quedam existit in ipsa. ¶ Unde ⁊ glosa super illud psalmi ste. (Diminute sūt vitates a filiis hoīuȝ). dicit. (q̄ sicut ab vna facie resultant multe facies in speculo: ita ab vna prima veritate resultant multe veritates in mentibus hominum). Quāuis autem diuersa a diuersis cognoscantur ⁊ credantur vera: tū quedam sunt vera in quibus oēs homines cōcordant: sicut sunt prima principia intellectus tam speculatiui q̄ȝ practici secundum q̄ vniuersaliter in mentibus hominum diuine veritatis quasi quedam imago resultat. Inquantum ergo quelibet mens quicquid per certitudinem cognoscit in his pn̄cipiis intuetur secundum que de omnibus iudicatur facta resolutione in ipsa dicitur omnia in diuina veritate vel in rationibus

eternis videre τ secundū eas de oībus iudicare. Et hunc sensum confirmant. (ver Augu. soliloquijs). qui dicit. Quō scientiarū spectamina videnf in diuina veritate sicut visibilia in lumine solis que cōstat nō videri in ipso corpore solis. sed per lumen qd̄ est similitudo solaris claritatis in aere τ similibus corporibus relicta. Ex his ergo verbis Augu. nō habef ꝙ deus videatur scdm̄ suā substantiā in hac vita. sed solum sicut in speculo. Quō τ apl̄us de cognitione huius vite confitef dicens. i. Cor. 13. (Uidemus nūc per speculū). qd̄ ē mēs humana de propinquiori dei similitudinē representet q̄z inferiores creature: tamē cognitio dei que ex mēte. humana accipi pōt nō excedit illud gen⁹ cognitōis qd̄ ex sensibilibus sumif. cū τ ipsa de seipsa cognoscat qd est p h⁹ ꝙ nāe sensibiliū itelligit. (vt dictum est). vnde nec per hanc viam cognosci deus altiori modo potest q̄z sicut cognoscatur causa per effectum.

C Qꝙ vltima felicitas hominis non sit in hac vita. 48.

SI ergo humana felicitas vltima nō consistat in cognitione dei qua cōiter ab oibus vel pluribus cognoscitur scdm̄ quādā estimationē confusam. neqz iterū in cognitione dei qua cognoscitur per viā demonstratōis in scientijs speculatiuis. neqz in cognitōe dei qua cognoscif per fidē. (vt in superioribus est ostensum). nō aūt est possibile in hac vita ad altiorē dei cognitionē peruenire vt per essentiā cognoscaf vel saltem ita ꝙ alie substantie separate intelligant: vt ex his possit deus quasi de propinquiori cognosci. (vt ostensum est). oportet aūt in aliqua dei cognitōe felicitatē vltimā pōi. (vt supra probatum est). impossibile est ꝙ in hac vita sit vltima hominis felicitas.

2 C Jtē vltimus finis hoīs terminat eius naturalē appetitū ita ꝙ eo habito nihil aliud querif. Si. n. adhuc mouef ad aliud: nōdū h3 finē in quo quiescat. Hoc aūt in hac vita accidere nō pōt. quāto enim plus aliquis intelligit. tanto magis in eo desideriū intelligendi augef qd̄ est oibus naturale: nisi forte aliqs sit qui oia intelligat. qd̄ in hac vita nulli vnq̄ accidit qui eēt solū homo nec est possibile accidere: cū in hac vita substantias separatas que sunt maxie intelligibilia cognoscere non possumus. (vt ostēsum est). non est igitur possibile vltimam hominis felicitatem in hac vita esse.

3 C Adhuc oē ꝙ mouef i finē desiderat nāliter stabiliri τ quiescere in illo. vn̄ a loco quo corpus nālter mouef nō recedit nisi p motū violentū q cōtrariaf appetitui. Felicitas aūt est vltim⁹ finis quē hō nālr desiderat. Est igif hoīs desideriū nāle ad hoc ꝙ in felicitate stabiliaf. nisi igr̄ cū felicitate pariter imobilitatē stabilitatē cōsequaf: nōdū est felix eius desiderio nāli nōdū quiescēte. Cū igitur aliquis felicitatē cōsequif: pariter stabilitatē τ qetē ɔsequif. vnde τ oium hec est de felicitate cōceptio ꝙ de sui rōne stabilitatē regrat. (pp qd̄ phus dicit in. i. ethico- ca. 14.
rū). ꝙ non estimamus felicē camaleonta quedā. Jn vita aūt ista nō est aliqua certa stabilitas. cuilibet enim quātūcūqz felix dicatur possibile est infirmitates τ infortunia accidere qb⁹ ipedif ab opatōe. qcūqz sit illa in q̄ ponif felicitas. nō igr̄ est possibile i hac vita esse vltimam hominis felicitatem.

4 C Amplius inconueniens videf τ irrōnabile ꝙ tēpus generatōis alicuius rei sit magnum. tēpus aūt durationis ipsius sit paruum. sequeretur eni ꝙ natura in maiori tempore suo fine priuaretur. vnde videmus ꝙ aialia que paruo tēpore viuūt: paruum etiā tempus ad hoc ꝙ perficianf hñt. Si aūt felicitas consistat in perfecta operatione secundum virtutem pfectam vel intellectualem vel moralem. ipossibile est eā aduenire homini nisi post tempus diuturnum. τ hoc maxime in speculatiuis apparet in quibus vltima felicitas hominis ponitur. (vt ex pdictis patet). nam vix vt vltima etate homo ad perfectam speculationem scientiarum peruenire potest. tunc autem vtplurimum modicum restat humane vite. nō est igitur possibile in hac vita vltimam hominis felicitatem eē perfectam.

5 C Preterea felicitatem perfectā quoddam bonum omnes confitentur. alias appetitum nō quietaret. perfectum aūt bonū est quod oino caret admixtione mali: sicut perfectum album est quod est oino imper-

mixtum nigro. Non est autez possibile q homo in statu istius vite oino sit immunis a malis non solum corporalibus siue carnalibus que sunt fames sitis frigus z alia huiusmodi:sed etiam a malis anime. nullus enim inuenitur qui nõ aliquando inordinatis passionibus inquietetur. qui nõ aliquando pretereat medium in quo virt⁹ cõsistit vel in plus vel in minus. qui non etiã in aliquibus decipiatur vel saltem ignoret que scire desiderat:aut etiam debili opinione cõcipiat ea de qbus certitudinẽ hře vellet.non est igitur aliquis in hac vita felix.

6 ¶ Adhuc homo naturaliter refugit mortem z tristatur de ipsa non solum vt nunc cum eam sentit z eam refugit.sed etiam cũ eam recogitat. Hoc autem q non moriat homo non potest assequi in hac vita.nõ est igitur possibile q hõ in hac vita sit felix.

7 ¶ Amplius felicitas vltima non cõsistit in habitu.sed in opatõe:habitus.n.pp act⁹ sunt.sed impossibile est in hac vita cõtinue agere quãcũqz actionẽ. Impossibile est igitur in hac vita hominẽ totaliter eẽ felicez.

8 ¶ Item quanto aliquid est magis desideratum z dilectũ:tanto eius amissio maiorẽ dolorem z tristitiam affert. Felicitas autẽ maxime desideratur z amatur.maxie igit eius amissio tristitiam habet. Sed si sit in hac vita vltima felicitas. certũ est q amittetur saltem per mortẽ. z nõ est certũ vtrũ diuturna sit vsqz ad mortẽ.cuz cuilibet homini possibile sit in hac vita accidere morbos quibus totaliter ab operatione virtutis impeditur sicut frenesiz z alia huiusmodi in quibus impeditur rationis vsus. semper igitur talis felicitas habebit tristitiam naturaliter annexam.non erit igitur perfecta felicitas. ¶ Potest autem aliquis dicere q cum felicitas sit bonum intellectualis nature:perfecta z vera felicitas est illorum in quibus natura intellectualis perfecta inuenitur.i.in substantijs separatis. In hominibus autem inuenitur imperfecta p modum participationis cuiusdam. Ad veritatem enim intelligendam plene non nisi per quendam inquisitionis motum pertingere possunt.z ad ea que sunt secunduz naturam maxime intelligibilia omnino deficiunt.(sicut ex dictis patet). vnde nec feli- (R° ad rõnes superiores)

citas secundum suam perfectam rationez potest omnibus hominibus adesse.sed aliquid ipsius participant etiam in hac vita. Et hec videt fuisse sentẽtia Aristo.de felicitate.(vnde in primo ethico.). vbi inquirit (ca° 14°) vtrum infortunia tollant felicitatem ostenso q felicitas sit in operationibus virtutis que maxime permanentes in hac vita esse videntur:concludit illos quibus talis perfectio in hac vita quidem adest esse beatos. vt homines quasi non simpliciter ad felicitatẽ ptingẽtes:sed mõ hũano. ¶ Q3 aũt p̃dicta responsio rationes premissas nõ euacuet ostẽdendũ est. (Improbatio) ¶ Homo enim z si nature ordine substantijs separatis sit inferior.creaturis tamen irrationalibus superior est:perfectiori igitur modo suum finem vltimum consequitur q̃3 illa:illa vero sic p̃fecte suum finem vltimum consequuntur quod nihil aliud querunt. graue enim cuz fuerit in suo vbi quiescit: animalia etiaz cũ fruuntur delectationibus secundum sẽsum eorum naturale desideriũ quietatur.oportet igitur multo fortius q cum homo peruenerit ad suum finem vltimum: naturale eius desiderium quietetur. Sed hoc nõ potest fieri in vita ista:ergo homo non consequitur felicitatem prout est finis proprius eius in hac vita. (vt ostẽsum est). oportet ergo q consequatur post hanc vitam.

2 ¶ Adhuc impossibile est naturale desiderium esse inane:natura enim nihil facit frustra. Esset autem inane nature desiderium si nunquam posset impleri.est igitur implebile desiderium naturale hominis. Non autem in hac vita.(vt ostensum est).oportet igitur q impleatur post hanc vitã. Est igitur felicitas vltima hois post hanc vitã.

3 ¶ Amplius quãdiu aliqd mouet ad perfectionẽ:nõdũ est in vltimo fine.sed oẽs homines cognoscẽdo veritatẽ sp se hñt vt moti z tẽdẽtes ad pfectionẽ.q2 illi q sequuntur sp inueniunt alia ab illis que a prioribus inuenta sũt.(sicut dr i.2 metaph:.). nõ igr hoies in cognitõe veritatis sic se hñt q̃si in vltimo fine existẽtes:cũ igit in speculatõe p quam querit cognitio veritatis maxie videat vltia hois felicitas i hac vita cõsistere.(sicut ẽt ipe Arist. pbat in.10.ethi.). ipossibile ẽ dicere q hõ in hac vita vltimũ finẽ suũ cõsequat. (tertũ. cõ.pñi) (ca° 10°)

4 ¶ Preterea oē qđ eſt in potentia inten dit exire in actum: quādiu igiᷓ nō eſt ex toto factū in actu nō eſt in ſuo fine vltimo: intellectus aūt noſter eſt in potentia ad oēs formas rerū cognoſcendas: reduciᷓ aūt in actum cum aliquā earū cognoſcit: ergo nō erit ex toto in actu nec invltimo ſuo fine niſi quando oīa ſaltem iſta materialia cognoſcit. Sed hoc nō pōt homo aſſequi per ſcientias ſpeculatiuas quib⁹ in hac vita veritatē cognoſcimus. Non eſt igitur poſſibile ꝙ vltima felicitas hominis ſit in hac vita.

Alexā. Aver. ¶ Propter has aūt ⁊ hmōi rōnes Alexāder ⁊ Auerrois poſuerunt vltimā felicitatē hominis non eſſe in cognitione humana q̄ eſt per ſcientias ſpeculatiuas. ſed per continuationē cū ſubſtantia ſeparata quam eē credebant poſſibilem homini in hac vita. ¶ Quia vero Ariſto. vidit ꝙ non eſt alia cognitio hoīs in hac vita q̄ȝ per ſcientias ſpeculatiuas: poſuit hoīem non conſeq felicitatē perfectā. ſed ſuo modo. ¶ In quo ſatis apparet quantā anguſtiā patiebanᷓ hic inde eorū preclara ingenia a quibus anguſtijs liberabimur ſi ponamus ſm probationes premiſſas homines ad verā felicitatē poſt hanc vitam peruenire poſſe: aīa hoīs immortali exiſtente: in quo ſtatu aīa intelliget per modū quo intelligunt ſubſtantie ſeparate. (ſicut in ſecundo huius operis oſtēſum eſt). erit igitur vltima felicitas hominis in cognitōe dei quā habet hūana mēs poſt hāc vitam per modū quo ipſū cognoſcit ſubſtantie ſeparate. ¶ Propter quod Math. 5. dñs mercedē in celis nobis promittit. ¶ Et Math. 22. dicit (ꝙ ſancti erūt Luc. 8. ſicut angeli. Qui vident deū ſemp in celis ſcriptu. vt dr Math. 18.).

¶ Qđ ſubſtantie ſeparate non vidēt deum per eſſentiam ex hoc ꝙ cognoſcunt eum per ſuas eſſentias. 49.



huiusmodi effectum precedit causa. s. occur
sus latronum. Hunc aūt effectuz precedit
alia causa. s. ꝙ ipse exiuit domum. Hunc
aūt adhuc alia ꝙ vult querere aquam: quā
quidem precedit causa. s. sitis: ⁊ hec causať
ex comestione salsorum que iam est vel fu-
it: si ergo causa posita necesse est effectuz po
ni: necesse est ꝙ si comedat salsa ꝙ sitiat. ⁊
si sitit: ꝙ velit querere aquam. ⁊ si vult que
rere aquam ꝙ exeat domum. ⁊ si exeat do
mum ꝙ occurrant ei latrones: ⁊ si occur-
rāt ꝙ occidatur: ergo de primo ad vltimū
necesse est hunc comedentem salsa a latro-
nibus occidi. ¶ Cōcludit ergo philosoph⁹
non esse verum: ꝙ posita causa necesse est
effectuz poni: quia aliqua causa est que po
test deficere: neqz iterum verum est ꝙ om-
nis effectus habeat per se causam: quia qō
est per accidens. s. istum volentem aquam
querere occurrere latronibus nō hʒ aliquā
causam. Ex hac ratione apparet ꝙ nō om
nes effectus reducantur in aliquam causā
per se preteritam vel presentem. qua posita
necesse sit effectum poni ex necessitate con
tingere. Vel ergo oportet dicere ꝙ nō om
nes effectus diuine prouidentie subdantur.
⁊ sic diuina prouidentia nō est de omnib⁹.
(ꝙ prius fuit ostensum). vel non est necessa
rium ꝙ prouidentia posita. effectus ei⁹ po-
natur: ⁊ sic prouidentia non est certa. Aut
est necessarium: ꝙ omnia ex necessitate cō-
tingant. prouidentia enim non solum est in
presenti tēpore vel preterito: sed eterno: qꝛ
nihil potest esse in deo non eternum.
2 ¶ Adhuc si diuina prouidentia est certa:
oportet hanc conditionalem esse veram. si
deus ꝓuidit: hoc ergo erit. Huius aūt cō
ditionalis accidens est necessariuz: quia est
eternum: ergo consequens est necessariuz.
Oportet enim omnis conditionalis conse
quens esse necessarium: cuius antecedens
est necessarium: ⁊ ideo consquens est sicut
conclusio antecedentis. quicquid autem ex
necessario sequitur: oportet esse necessariū:
sequitur igitur si diuina prouidentia est cer

ta:q omnia ex necessitate proueniant.

3 ¶ Amplius si aliquid est prouisum a deo puta q talis sit regnaturus. aut ergo possibile est accidere q non regnet aut non. Si quidem non est possibile ipsum non regnare. ergo impossibile est ipsum non regnare: ergo necessarium est eum regnare. Si autem possibile est eum non regnare. possibili autem posito non sequitur aliquod impossibile. sequitur autem diuinam prouidentiam deficere. non est igitur impossibile diuinam prouidentiam deficere. aut igitur oportet q si oia sint puisa a deo q diuina puidentia non sit certa aut q oia ex necessitate eueniant.

4 ¶ Item argumentatur sic Tullius in libro de diuinatione. (Si omnia a deo prouisa sunt certus est ordo causarum. Si autem hoc verum est omnia fato aguntur q si omnia fato aguntur nihil est in nra potestate: nullum est ergo voluntatis arbitrium). sequitur ergo q tollatur liberum arbitrium. si diuina prouidentia sit certa. et eodem modo seqr q oes cause contingetes tollantur.

lib° 2° de hoc Aug. lib° 5° de ciui. di c° 9°

5 ¶ Preterea diuina prouidentia causas medias non excludit. (vt supra ostensum est). inter causas autem sunt alique contingentes et deficere volentes. deficere igitur potest prouidentie effectus. non est igit dei prouidentia certa. ¶ Oportet autem ad bonorum solutionem aliqua repetere ex his que supra posita sunt. vt manifestum fiat. q nihil diuinam prouidentiam effugit et q ordo diuine prouidentie omnino immutari non potest. nec tamen oportet q ea que ex prouidentia diuina proueniunt ex necessitate cuncta proueniant. ¶ Primo nanq considerandum est q cum deus sit omnium existentium causa rebus omnibus conferens esse oportet q sue prouidentie ordo omnes res complectatur. quibus enim esse largitus est. oportet q et conseruationem largiatur. et perfectionem in vltimo fine conferat. ¶ Cum autem in quolibet puidentie duo considerari oportet scilicet ordinis premeditationem. et premeditati ordinis institutionem in rebus q puidentie. subdunt quorum primum ad cognoscitiuam virtutem pertinet. aliud vero ad opatiuam hoc inter vtraq differt q in premeditando ordinem tanto est prouidentia pfectior. quanto magis vsq ad minima ordo prouidentie potest perduci. Quod enim nos omnium particularium ordinem premeditari non possumus circa ea que sunt disponenda a nobis ex defectu nostre cognitionis prouenit que cuncta singularia complecti non potest. tanto autem vnusquisq in prouidendo solertior habet. quanto plura singularia pmeditari potest. cuius autem prouisio in solis vniuersalibus consisteret parum de prudentia participaret. ¶ Simile autem in omnibus operatiuis artibus considerari potest. ¶ Sed in hoc q ordo premeditatus rebus imponit. tanto est dignior et perfectior prouidentia gubernantis. quanto vniuersalior est et per plura ministeria suam explicat premeditationem. quia et ipsa ministeriorum dispositio magnam partem prouisi ordinis habz. oportet autem q diuina prouidentia in summo perfectionis consistat. quia ipse est simpliciter et vniuersaliter perfectus. (vt in primo libro ostensum est). in prouidendo igit sue sapientie premeditatoe sempiterna omnia ordinat. quatucuq minima videatur. quecuq vero rerum aliquid operantur instrumentaliter agunt ab eo mota. et ei obtemperando ministrant ad ordinem prouidentie ab eterno. vt ita dicam excogitatuz explicandum in rebus. ¶ Si autem omnia que agere possunt necesse est vt in agendo ei ministrent. impossibile est q aliqd agens diuine prouidentie executionem impediat sibi contrarium agendo. ¶ Neq etia possibile est diuinam prouidentiam impediri per defectum alicuius agentis vel patietis cuz omnis virtus actiua et passiua sit in rebus: secundum diuinam dispositione causata. impossibile est etiaz q impediatur diuine prouidentie executio per prouidentie immutationem. cum deus sit omnino immutabilis. (vt supra ostensum est). relinquitur ergo q diuina prouisio omnino cassari non potest. ¶ Deinceps autem considerandum est q omne agens intendit ad bonuz et melius quod potest. (vt supra ostensum est). bonum autem et melius non eodem modo considerantur in toto et in partibus. in toto enim bonum est integritas: que ex partium ordine et compositioe relinquitur: vnde melius est toti q sit inter partes ei'

Operat se ad solvenduz pmissas ratioes


primuz pmissu

ca° 29.

cap° 3° huius lib:

disparitas sine qua ordo ꝛ perfectio totius
esse non potest ꝗꝫ ꝙ omnes partes essent
equales vnaqueqꝫ earum perueniente ad
gradum nobilissime partis. quelibet autem
pars inferioris gradus in se cõsiderata me
lior esset. si esset in gradu superioris partis.
sicut patet in corpore humano. dignior. n.
pars esset pes hois si oculi pulchritudinem
ꝛ virtutẽ haberet. corpus aũt totum eẽt im
perfectius. si ei pedis officium deesset: ad ali
ud igitur tendit intentio particularis agen
tis ꝛ vlis. nam particulare agens tẽdit ad
bonum partis absolute. ꝛ facit eam quãto
meliorem potest. vle autẽ agens tendit ad
bonum totius. vnde aliquis defectus est p̃
ter intentionem particularis agentis ꝙ est
secundum intentionem agentis vlis. sicut
patet ꝙ gñatio femine est p̃ter intẽtionem
nature particularis. i. huius virtutis ꝙ ẽ in
hoc semine que ad hoc tendit ꝙ perficiat
conceptus quanto magis potest. Est autẽ
de intentione nature vlis. i. virtutis vniuer
salis agẽtis ad generationẽ inferiorum ꝙ
femina generetur. sine qua generatio mul-
torum animalium compleri non posset. ꝛ
eodẽ modo corruptio ꝛ diminutio ꝛ omnis
defectus est de intẽtione nature vniuersa-
lis. non autẽ nature particularis. nam qli-
bet res fugit defectum tẽdit vero ad pfectio
nem quantum in se est. ¶ Patet ergo ꝙ
de intẽtione particularis agẽtis est ꝙ effe-
ctus suus fiat pfectus quãtũcũqꝫ põt in ge
nere suo. de intẽtione autẽ nature vniuersa
lis est ꝙ hic effectus fiat pfectus tali perfe
ctione puta pfectione masculi. ille autẽ pfe
ctione femine. ¶ Inter partes autẽ totius
vniuersi prima distinctio apparet scd̃m cõ
tingẽs ꝛ necessarium. Superiora. n. in enti
bus sunt necessaria ꝛ incorruptibilia ꝛ im-
mobilia. a qua quidẽ conditione tanto ma
gis deficiunt: quanto in inferiori gradu cõ
stituuntur. ita ꝙ infima corrumpuntur qui
dẽ quantum ad esse suum. Mouẽtur vero
quantum ad suas dispositiones. suos etiam
effectus non de necessitate. sꝫ contingẽter
producunt. Quodlibet igitur agẽs quod ẽ
pars vniuersi intẽdit inquantum potest in
suo eẽ ꝛ naturali dispositione ꝓsistere ꝛ su
um stabilire effectum. Deus autẽ qui est
vniuersi gubernator intẽdit ꝙ effectuũ ei⁹
hoc quidẽ stabiliat p modũ necessitatis. hic
aũt cõtingẽter. ꝛ s̃m hoc diuersas cãs eis
adaptat. his qdẽ necessitas. his aũt cõtin-
gẽtes. cadit igit̃ sub ordine diuine prouidẽ-
tie nõ solũ hũc effectũ eẽ. sꝫ hunc effectũ eẽ
contingẽter. aliũ aũt necessario. ꝛ s̃m hoc
quedã eoꝝ que diuine prouidẽtie subdunt̃
sunt necessaria: q̃dam vero contingẽtia. nõ
autem oia necessaria. ¶ Patet ergo ꝙ ꝛ si ad p^um^
diuina ꝓuidẽtia sit p se cã huius effectus rõnem
futuri: est ẽt p̃sentis ꝛ p̃teriti. magis autem
ab eterno. nõ tñ sequit̃. (vt prima rõ proce
dat). ꝙ effectus sit de necessitate futurus.
Est. n. diuina ꝓuidẽtia p se cã ꝙ hic effe-
ctus cõtingẽter proueniat. ꝛ hoc cassari nõ
põt. ¶ Ex q̃ ẽt pꝫ ꝙ hec cõditiõalis est ve
ra si deus prouidit hoc futuꝝ: hoc erit. (si- ad 2um
cut scd̃a ratio procedebat). sꝫ sic erit sicut
deus prouidit illud eẽ futuꝝ: prouidit autẽ
illud eẽ futuꝝ cõtingẽter. seq̃t ergo infalli-
bilr̃. ꝙ erit cõtigẽter nõ necessario. ¶ Pa
tet ẽt ꝙ hoc qd̃ ponit̃ prouisũ eẽ a deo. vt ad 3um
sit futurum. si sit de gñe contingẽtium: po-
terit non eẽ scd̃m se consideratum. sic. n. ꝓ
uisum est vt sit contingẽs poteñ nõ eẽ: nõ
tamẽ est possibile ꝙ ordo prouidẽtie defici
at quin contingẽter eueniat. (ꝛ sic tertia ra
tio soluit̃. vñ põt poni. ꝙ iste nõ sit regnatu
rus. si scd̃m se ꝯsideret̃: nõ aũt si ꝯsideret̃ vt
prouisum. ¶ Illud autem quod Tullius ad 4um que est tullij.
obiicit secundum premissa friuolum appa
ret. Cum enim diuine prouidentie non so-
lum subdantur effectus. sed etiam cause ꝛ
modi essendi. (vt ex premissis patet). non
sequitur ꝙ si omnia dei prouidentia agun-
tur: ꝙ nihil sit in nobis. sic enim sunt a deo
prouisa. vt per nos libere fiant. ¶ Neque ad 5um
etiam defectibilitas causarum secundarum
quibus mediantibus effectus diuine proui
dentie producuntur certitudinem prouidẽ
tie possunt auferre. (vt quinta ratio proce
debat). cum ipse deus in omnibus opere-
tur: ꝛ pro suo arbitrio voluntatis. (vt supra
ostensum est). vnde ad eius prouidentiam
pertinet vt causas defectibiles quandoqꝫ
definat deficere. quandoqꝫ eas ad defectũ
conseruet. ¶ Ea vero que ad necessitatem
prouisorum a deo possent assumi ex certi-
tudine prouidentie. (supra soluta sunt cum li° ꝑ ca° 68.
de dei scientia ageretur.)

¶ Q̄ immobilitas diuine prouidentie vtilitatem orationis non excludit. 95.



Onsiderare etiam oꝫ q̄ sicut diuine ꝓuidentie imobilitas necessitatē rebus ꝓuisis nō imponit. ita ēt nec oratōis vtilitatē nō excludit. ¶ Nō enim ad hoc oratio ad deū fundiẜ vt eterna prouidentie dispositio imuteẜ. hoc. n. ipossibile est: sed vt aliqs aliud qꝺ desiderat assequatur a deo. Pijs. n. desiderijs rōnalis creature conueniens est q̄ deus assentiat. nō tāquā desideria nostra moueant imobilem deū. sed ex sua bonitate procedit vt cōuenienter desiderata perficiat. Cum. n. oia naturaliter bonum desiderant. (vt supra ꝓbatū est). ad supereminentiā aūt diuine bonitatis pertinet q̄ eē ꝛ bene esse omnibus ordine quodam distribuat: consequens est vt secundum suam bonitatē desideria pia que per orationem explicanẜ adimpleat.
2 ¶ Adhuc ad mouentem pertinet vt illud qꝺ mouetur perducat ad finē. vnde ꝛ ꝑ eādem naturā aliqd moueẜ ad finē. ꝛ cōseqẜ finē. ꝛ in eodē quiescit. omne aūt desideriū est quidā motus ad bonū: qui quidē nō potest rebus inesse nisi a deo. qui est per essentiam suā bonus ꝛ fons bonitatis. mouens enim omne mouet aliquid simile sibi: ad deum igiẜ pertinet scꝺm suā bonitatē q̄ desideria nostra cōuenientia que per orationē explicantur ad effectū cōuenietē ꝑducat.
3 ¶ Itē quanto aliqua sunt propinquiora mouēti. tanto efficatius ipressionē mouentis assequunẜ. nā ꝛ que propinquiora sunt igni: magis ab ipso calefiunt: sube aūt intellectuales propinquiores sūt deo q̄ꝫ substantie naturales inaiate. efficatior est igitur impressio diuine motionis in substantiis intellectualibus q̄ꝫ in substantiis alijs nālibus. corpora aūt nālia intantū participāt de motione diuina q̄ naturalem appetitum boni cōsequunẜ ex ea. ꝛ etiā appetitꝰ cōpletionem. Qꝺ quidē fit dū proprios fines consequunẜ: multo igiẜ magis itellectuales substantie desiderioꝝ suoꝝ q̄ ꝑ orationē suam deo offerunt impletionem consequuntur.
4 ¶ Amplius de ratione amicitie est qꝺ amans velit impleri desiderium amati. in quantum vult eius bonum ꝛ perfectionem propter quod dicitur q̄ amatoꝝ est idē velle. (ostensum est autem supra). q̄ deus suam creaturā amet. ꝛ tāto magis vnāquāqꝫ quāto plus de bonitate participat q̄ est primum ꝛ principiale amatū ab ipso. vult igiẜ impleri desideria rōnalis creature que ꝑfectissime diuinam bonitatē participat inter ceteras creaturas. sua aūt voluntas est perfectissima causa rerum. Est enim cā rerum per suam voluntatem. (vt supra ostēsum est). ad bonitatem igitur diuinam pertinet vt impleat desideria rationalis creature sibi per orationem proposita.
5 ¶ Preterea bonum creature deriuatū est secundum quandam similitudinē a bonitate diuina. hoc aūt maxime commendabile in hominibus apparet vt iuste petentibus assensum non denegent. Ex hoc enim vocantur liberales clementes misericordes ꝛ pii. maxime igitur hoc ad diuinā bonitatem pertinet. vt pias orationes exaudiat. ¶ Hinc est quod dicitur in. ps. (voluntatem timentium se faciet ꝛ orationes eorum exaudiet: ꝛ sal. fa. eos). Mat. 7. dominus dicit. (omnis qui petit accipit: ꝛ q̄ querit inuenit: ꝛ pulsanti aperietur. Auc. s. scriptu.

¶ Q̄ petitiones orantium nō semper admittuntur a deo. 96.




On est aūt inconueniens si qñqꝫ petitiones orantiū nō admittantur a deo. ¶ Ea enim ratione ostensum est q̄ deus desideria ratiōalis creature adimplet inquātum desiderat bonū. Quādoqꝫ aūt contingit q̄ id qꝺ petiẜ non est verum bonum. sꝫ apparēs: simplr aūt malū. nō est igiẜ tal' oratio a deo exaudibilis. ¶ Hinc est qꝺ diciẜ Jaco. 4. (petitis ꝛ nō accipitis: eo q̄ male petatis). Silr aūt ex hoc q̄ deus ad desiderādū mouet. oñsū est cōueniēs eē q̄ desideria ipleat. mobile aūt ad finē motus nō ꝑduciẜ a mouēte: nisi motus cōtinueẜ. Si igiẜ motus desiderii ꝑ oratiōis instātiā nō cōtinueẜ. nō est incōueniēs si oratio effectū debitū nō sortiaẜ. ¶ Hinc est q̄ dñs dicit Luce. 18. (qm̄ oꝫ sꝑ orare ꝛ nō deficere). ꝛ primo Thessal. 5. dicit apls. (sine itermissione orate). Rursus oñsū est q̄ deꝰ rōna Jaco.

lis creature decēter desideriū iplet inquan
tū ei appropinquat:appropinquat aūt quis
ei p cōtēplationē τ deuotā affectionē τ hu-
milē τ firmā intentionē. Illa igiſ oratio q̄
sic deo nō appropinquat nō est a deo exau
dibilis.vñ in.ps.df.(Respexit in orationē
humiliū).τ Jaco.primo.(Postulet autē
in fide nihil hesitans). Jā ē ostēsū est φ ra-
tione amicitie de⁹ vota piorū exaudit.q igiſ
a dei amicitia declinat. nō est dignū vt ei⁹
oratio exaudiaſ. Hinc est φ pu(er).28.di
citur.(Qui declinat autē suā ne audiat le-
gē:oro eius erit execrabilis).τ Isa.primo.
(Cū multiplicaueritis orationē nō exaudi-
am.manus eniʒ vestre sanguie plene sūt).
Ex hac aūt radice pcedit φ qñqʒ aliquis
dei amicus nō exaudiſ qñ pro his rogat q
nō sunt dei amici.scdm illud Jere.7.(tu
ergo noli orare p populo hoc:nec assumas
pro eis laudē τ orationē.τ nō obsi.mi.quia
nō exaudiā te). Cōtingit aūt qñqʒ φ aliqs
ex amicitia denegat qđ petiſ ab amico. qa
cognoscit hoc ei eē nociuū vl contrariuʒ ei
magis expedire.vt medicus infirmāti quā
doqʒ denegat qđ petit cōsiderās φ non ex
pedit ei ad salutē corporis consequēdam.
Hij cum ostēsum sit: φ deus ex amore
quē ad creaturā rōnalē hʒ: eius desideria
impleat p orationē sibi propositam. nō est
mirandum si quandoqʒ eoꝝ etiam quos p̄
cipue diligit.petitionē nō implet. vt imple
at quod petēti magis expedit ad salutē.pro
pter quod a paulo stimulū carnis nō amo
uit:quāuis hoc ter peteret prouidēs hoc ei
eē vtile ad humilitatis conseruationē.(vt
habetur.2.Cor.12.).vnde τ Mat.20. qui
busdam dicitur.(nescitis qd petatis).Ro.
8.dicitur.(nam quid oremus sicut oportet
nescimus). τ propter hoc Aug. dicit in epi
stola ad paulinum τ Therasiam.(Bonus
dñs qui non tribuit sepe quod volumus vt
quod mallemus attribuat).patet igiſ ex p̄
missis φ eoꝝ q̄ fiunt a deo causa sunt ora-
a° 77. tiones.τ ipsa desideria.(ostēsum est aūt su
pra).φ diuina prouidētia causas alias nō
excludit.quin potius ordinat eas ad hoc φ
ordo quē apud se statuit rebus imponatur:
τ sic cause scde prouidētie non repugnant.
sed magis prouidētie exequuntur effectuʒ.
Sic ergo orationes apud deū efficaces
sunt.non tamē ordinē immutabilē diuine
prouidētie soluunt.quia τ hoc ipsum φ tali
petēti hoc concedatur:sub ordine diuine p
uidētie cadit. Simile est ergo dicere nō
eē orandum.vt aliquid cōsequamur a deo
quia ordo siue prouidētie est immutabilis.
ac si diceretur φ non eēt ambulandum.vt
perueniamus ad locum nec comedēdum vt
nutriamur.q̄ oia patēt eē absurda. Ex- Exclu°
cluditur ergo ex p̄missis duplex error circa erro.
orationē. Quidam.n.dixerunt nulluʒ eē
orationis fructum.quod quidam dicebāt.
tam illi qui negabant diuinam prouidētiā
omnino.(sicut epicuri). φ illi qui res hu- epicuri
manas diuine prouidētie subtrahebant.(si
cut aliqui peripateticorum). nec non τ illi peripa-
qui omnia q̄ prouidētie subsunt ex necessita tetici.
te cōtingere arbitrabanſ sicut stoici. Ex
his.n.oibus sequitur φ nullus sit oratiōis
fructus.τ p ɔsequēs φ omnis deitatis cul-
tus fiat in vanum.qui quidē error tangitur
Malac.3.(dixistis inquit vanus est q ser- malach
uit deo.τ quod emolumētum quia custodi
uimus p̄cepta eius. τ quia ambulauimus
tristes coram domino exercituum). quidā
vero econtrario diuinam dispositionē ver
tibilē orationibus eē dicebant:sicut egyptij egyptii
dicebant φ fatum orationibus τ quibusdā
imaginibus siue subfumigationibus siue in
cantationibus vertebatur.τ ad hunc sensū
ptinere vidētur q̄dam q̄ in scripturis diui-
nis dicuntur fm id quod prima facie appa
ret ex eis. Df.n. Isa.38.φ Isaias ex man-
dato dñi dixit Ezechie.regi.(hec dicit do
minus.dispone domui tue.q2 morieris tu τ
nō viues).τ post orationē Ezechie.factū est
verbum dñi ad Isaiam dicēs.(vade τ dic
Ezechie.Audiui orationē tuam: ecce ego
adiciaʒ sup dies tuos.15.annos). τ Jere.
18.dicitur ex persona domini.(Repēte lo
quar aduersum gentem τ aduersuʒ regnū
vt eradicem τ destruam τ disperdam illud
si pñiam egerit gens illa a malo suo quod
locutus sum aduersum eam. agam τ ego
pñiam super malo quod cogitaui.vt facerē
ei). Et Joel.2.(conuertimini ad dominuʒ
deum vestruʒ.quia benignus τ misericors
est quis scit si cōuertatur τ ignoscat de⁹).
hec autem si fm superficiem intelligantur
ad inconueniens ducūt. Sequitur enim

primo q voluntas dei sit mutabilis. ¶ Itē q aliqd ei tempore deo adueniat. ¶ Et vlterius q aliqua que tēpaliter in creatuis sunt: sint causa alicuius existentis in deo q̄ sunt manifeste impossibilia. (sicut ex supioribus patet). aduersantur aūt auctoritatibus sacre scripture que infallibilē cōtinent veritatem τ exp̄ssam. dr̄ n. numeri. 23. (nō est deus quasi homo: vt mentiatur nec vt filius hominis vt mutet: dixit ergo τ nō faciet locutus est: τ nō implebit). τ p̄io Reg. 15. (triūphator in israel nō parcet τ penitudine nō flectetur: neq3 enim hō est vt agat p̄niam). τ Malach. 3. (ego dn̄s τ nō mutor). Si quis aūt diligenter consideret circa predicta inueniet q omnis error qui in his accidit: ex hoc prouenit q nō cōsideraſ dr̄ia inter vlem ordinem τ particularē. cu3 enim oēs effectus ordinem adinuicē habeant scd3 q in vna cā ꝯueniunt. o3 tanto cō muniorem ordinē eē quanto est vlior causa. vnde ab vli causa que deus est. ordo proueniēs necesse est q omnia complectatur. nihil igitur prohibet aliquē particularē ordinē vel p orationē vel per aliquē aliū modum immutari. est enim extra illum ordinem aliquid quod possit ipsum immutare: propter quod non est mirum. si egyptij reducentes rerum humanarum ordinē in corpora celestia posuerunt fatum ex stellis prouenēs aliquibus orationibus τ ritib⁹ posse immutari. nam extra celestia corpora τ supra ea est deus. qui potest celestium corporum impedire effectum qui in istis inferioribus ex illorum impressione secut⁹ erat: sed extra ordinē complectētē omnia nō potest poni aliquid p quod possit ordo ab vniuersali causa dependens euerti propter qđ stoici qui in deum sicut in causam vniuersalē omnium ordinis rerum reductionem considerabant: ponebant q ordo institutus a deo nulla ratione possit immutari. sed in hoc iterum a consideratione vniuersalis ordinis recedebant: q ponebāt orationes ad nihil vtiles esse tanquam arbitrentur voluntates hominum τ eorum desideria: ex q bus orationes procedunt sub illo vniuersali ordine nō comprehendi. cum enim dicūt q siue orationes faciant siue nō. nihilominus idem effectus sequitur in rebus ex vniuersali ordine eorum. manifeste ab illo vniuersali ordine vota orantium sequestrant: si enim hec sub illo ordine comprehendantur sicut per alias causas: ita τ per hec ex diuina ordinatione aliqui effectus sequuntur. ¶ Idem ergo erit excludere orationes effectum τ communium aliarum causarum. ¶ Q3 si alijs causis immobilitaſ diuini ordinis effectus non subtrahit neq3 orationū efficatiam tollit. ¶ Ualent igitur oratōes non quasi ordinem eterne dispositionis immutantes: sed quasi sub tali ordine etiā ipse existentes. nihil autem prohibet per orationum efficatiam aliquem particularem ordinem alicuius inferioris cause immutari deo faciente qui omnes supergreditur causas. ¶ Unde sub nulla necessitate ordinis alicuius cause continetur: sed ecōuerso omnis necessitas ordinis inferioris cause continetur sub ipso: quasi ab eo institutus. In quantum ergo per orationem immutatur aliquid de ordine inferiorem causarum instituto a deo propter orationes piorum. dicitur deus conuerti vel penitere: nō q eterna eius dispositio mutetur: sed quia mutatur aliquis effect⁹. ¶ Unde τ Gregori⁹ dicit (. q non mutat deus consilium: quāuis quandoq3 mutet sententiam). non tamen illam que exprimit dispositione3 eternam. sed illam sententiam que exprimit ordinem inferiorū causarum: secundum quā Ezechias erat moriturus. vel gens aliqua pro peccatis suis punienda. talis autem immutatio sententie dei transumptiua locutionem dicitur p̄nia inquantum deus ad penitentis similitudine3 se habet: cuius est mutare q fecerat per quem modum dicitur τ metaphorice irasci: inquantum puniendo facit irascentis effectum. grego.

¶ Quomodo dispositio diuine prouidētie habeat rationem. 97.



Ex his autē3 que p̄missa sūt manifeste videri potest: vt ea que sunt per diuinam prouidentia3 dispensata sequuntur aliquam rationem. ¶ Ostensum est enim q deus per suam prouidentiam omnia ordinat in diuinam bonitatem sicut in finem. nō aūt hoc modo q aliquid diuine bonitati per ea

que fiunt accrescat: sed vt similitudo sue bonitatis inquantum possibile est imprimatur in rebus. Quia vero omnem creatam substantiam constat a perfectione diuine bonitatis deficere: necesse est vt perfectius diuine bonitatis similitudo rebus communicaretur: oportuit esse diuersitatem in rebus: vt quod perfecte ab vno aliquo representari nō potest: ꝑ diuersa diuersimode ꝑfectiori modo representaretur. nam et homo cum mentis conceptum vno vocali verbo videt sufficienter exprimi nō posse verba diuersimode multiplicat ad exprimēdā per diuersa sue mentis conceptionem. et in hoc etiaꝫ diuine perfectionis eminentia considerari pōt: q perfecta bonitas que in deo est vnite et simpliciter. in creaturis eē nō pōt nisi secundum modū diuersū et per plura. Res aūt per hoc diuerse sunt: eo q formas hūt diuersas a quibus spēm sortiuntur. ¶ Sic igitur ex fine sumitur rō diuersitatis formaꝝ in rebus. ¶ Ex diuersitate aūt formarum sumitur rō ordinis in rebus: cum.n. forma sit sm quam res hꝫ eē: res aūt quelibet sꝫ q hꝫ eē accedit ad similitudinē dei: qui est ipsum suum esse simplex: necesse est q forma nihil sit aliud q̄ꝫ diuina similitudo participata in rebus. ¶ Vñ ꝯueniēter. (Aristo. in primo phicoꝝ). de forma loquens dicit q est diuinum quoddā et appetibile. Similitudo aūt ad vnū simplex cōsiderata diuersificari nō pōt: nisi sm q magis et minus similitudo est propinqua vel remota: quanto aūt aliquid propinquius ad diuinā similitudinē accedit perfectius est. vñ in formis dria eē nō pōt. nisi q vna ꝑfectior existit q̄ꝫ alia. (ꝑꝑ qd̄ Arist. in. 8. metha.). diffinitiones per quas nature reꝝ et forme signātur assimilant numeris in quibus spēs variant per additionem vel subtractionem vnitatis: vt ex hoc det intelligi q formaruꝫ diuersitas diuersū gradū perfectionis reqrit. ¶ Et hoc euidenter apparet naturas rerum speculanti. Inueniet enim si quis diligenter cōsideret gradatim reꝝ diuersitatē cōpleri. nā supra inaiata corpora inueniet plātas. et super has irrōnalia aialia. et super has intellectuales substantias. et in singulis hoꝝ inueniet diuersitatē sm q quedam sunt aliis perfectiora intantū q ea que sūt suprema inferioris generis vident ꝓpinqua superiori generi et ecōuerso: sicut aialia immobilia sūt silia plātis. ¶ Vñ et Dionys. 7. ca. de diui. no. (q diuina sapiētia cōiungit fines primoꝝ principiis secundoꝝ). vnde pꝫ q reꝝ diuersitas exigit q nō sint omnia equalia. sed sit ordo in reb⁹ et gradus. ¶ Ex diuersitate aūt formaꝝ sm quas reꝝ spēs diuersificant: sequitur et oꝑationū dria. cū enī vnūqdq agat sm q est actu. que.n. sūt in potentia sm q hmōi inueniunt actiōis exꝑtia. est aūt vnūqdq ens actu ꝑ formaꝫ. oꝫ q oꝑatio rei sequat formā ipsi⁹. oꝫ ergo q si sint diuerse forme q habeāt diuersas oꝑatōes. ¶ Quia vero ꝑ ꝓpriā actionem res q̄libet ad ꝓpriū finē ꝑtingit: necesse est et ꝓprios fines diuersificari in rebus. q̄uis sit finis vltimus oibus cōis. ¶ Sequit ēt ex diuersitate formarū diuersa habitudo māe ad res. cū.n. forme diuerse sint sm q q̄dā sūt aliis ꝑfectiores. sūt inter eas aliq̄ intātū ꝑfecte q sūt ꝑ se subsistētes et ꝑfecte ad nihil indigētes mae fulcimēto. Quedā vero ꝑ se ꝑfecte subsistere nō pñt. sed materiam ꝓ fundamēto requirūt. vt sic illud qd̄ subsistit nō sit forma tantū nec mā tantum q̄ ꝑ se nō est ens actu. sꝫ ꝯpositū ex vtroqꝫ. nō aūt possent mā et forma ad aliquid vnū constituendum conuenire. nisi esset aliqua proportio inter ea. Si autem proportionata oportet ea esse. necesse est q diuersis formis diuerse materie respondeant. vnde fit vt quedam forme requirāt materiam simplicē. quedam vero materiam compositaꝫ et secundum diuersas formas diuersaꝫ partium compositionem oportet esse congruētem ad speciē forme et operationeꝫ ipsius. ¶ Ex diuersa aūt habitudine ad māꝫ seqt diuersitas agētiū et patiētiū. cū.n. agat vnūqdqꝫ rōne forme. patiat vero et moueatur rōne māe. oꝫ q illa quoꝝ forme sūt ꝑfectiores et minus mālēs agāt in illa que sūt magis mālia. et quorum forme sunt iꝑfectiores. ¶ Ex diuersitate aūt formaꝝ et materiaꝝ et agentiū: sequit diuersas proprietatū et accidentium. cū enim suba sit cā accidentis. sicut ꝑfectū iꝑfecti: oꝫ q ex diuersis principiis subalibus diuersa accidētia ꝓpria cōsequant. ¶ Rursus cū ex diuersis agētibus sint diuerse iꝑessiōes in patientib⁹. oꝫ

textu. cō.81.

textu. cō.10.

quod secundum diuersa agentia diuersa sint acciden tia que ab agentibus imprimuntur. ¶ Post et/ go ex dictis. quod cum per diuinam essentiam rebus crea tis diuersa accidentia et actiones et passio nes et collocationes distribuantur. non hoc absque ratione accidit. ¶ Hinc est quod sacra scriptura rerum productionem et gubernationem sapientie et prudentie diuine attribuit. Dicitur enim prouer. 3. (Dominus sapientia fundauit terram. stabiliuit celos prudentia. sapientia illius eruperunt abyssi. et nu. rore concre.). et Sap. 8. dicitur de dei sapientia. (quod attingit a fine usque ad finem fortiter. et disponit omnia suauiter). et xi. eius dem dicitur. (omnia in mensura et numero et ponde re disposuisti domine). ut per mensuram quantita tem siue modum aut gradum perfectionis uniuscu iusque rei intelligamus. per numerum vero di uersitatem et pulchritudinem specierum consequen tem ex diuersis perfectionis gradibus. per pon dus vero inclinationes diuersas ad propri os fines et operationes et ad propria agen tia et patientia et accidentia. que sequuntur di stinctionem specierum. ¶ In predicto autem or dine secundum quem ratio diuine prouidentie atten ditur primum esse diximus diuinam bonitatem quasi ultimum finem qui est primum principium in agendis. ¶ De hinc vero rerum numerositatem ad quam constituendam necesse est gradus di uersos in formis et materiis et agentibus et pa tientibus et actionibus et accidentibus esse: sicut ergo prima ratio diuine prouidentie simpliciter est diuina bonitas. ita prima ratio in creaturis est earum numerositas: ad cuius conseruationem et institutionem omnia alia ordinari videtur. ¶ Et secundum hoc videtur esse rationabiliter a Boetio dictum in primo sue arismetrice. (quod omnia quecunque a pri meua rerum natura constituta sunt: ex numerorum vi dentur ratione esse formata). Est autem considerandum quod operatiua ratio et speculatiua partim quidem conueniunt et partim differunt: conueniunt quidem in hoc quod sicut ratio speculatiua incipit ab ali quo principio: et per media deuenit ad conclusionem intentam. ita ratio operatiua incipit ab aliquo pri mo et per aliqua media deuenit ad operationem vel operatum quod intenditur. principium autem in speculati uis est forma et quod quid est. in operatiuis vero fi nis quod quandoque est forma. quandoque aliquid aliud. prin cipium etiam in speculatiuis semper oportet esse necessarium. in operatiuis autem quandoque quidem est necessarium. quandoque autem non necessarium. necessarium enim est hominem velle fe licitatem ut finem. non necessarium autem velle do mus edificationem. ¶ Similiter in demonstrati uis semper posteriora ad priora de necessitate se quuntur. non autem in operatiuis semper. sed tunc solum quando ad finem non nisi per hanc viam perueniri potest. si cut necessarium est volenti edificare domum quod querat ligna. sed quod velit edificare domum hoc ex simplici voluntate ipsius dependet. non autem ex ratione domus edificande. sic igitur quod deus suam bonitatem amet: hoc necessarium est. sed hoc non necessario sequitur quod per creatu ras representetur. cum sine hoc diuina bonitas sit perfecta. vnde quod creature in esse producantur. et si ex ratione diuina bonitatis originem habeant: tamen ex simplici dei voluntate dependet. ¶ Sup posito autem quod deus creaturis suam bonitatem communicare secundum quod est possibile velit per similitu dinis modum. ex hoc ratione accipit quod sint crea ture diuerse: non autem ex necessitate sequitur quod secundum hanc vel illam perfectionis mensuram aut secundum hunc vel illum numerum rerum. ¶ Supposito autem ex di uina voluntate quod hunc numerum in rebus statue re velit: et hanc vnicuique rei perfectionis mensuram ex hoc ratione accipit quod habeat formam talem et ma teriam talem. ¶ Et similiter in omnibus patet. ¶ Manife stum igitur fit quod diuina prouidentia secundum rationem quas dam res dispensat: et tamen hec ratio sumitur ex suppo sitione voluntatis diuine. ¶ Sic igitur per premissa duplex error excluditur. eorum scilicet qui credunt quod omnia simplicem voluntatem sequantur absque ratione qui est error loquentium in lege sarracenorum. (ut rabi Moyses dicit). secundum quos nulla differentia est quod ignis calefacit et frigidet. nisi quia deus ita vult. ¶ Excluditur etiam error eorum qui dicunt causarum ordi nem ex diuina prouidentia secundum modum necessitatis procedere. quorum vtrumque patet esse falsum ex dictis. ¶ Sunt autem quedam verba sacre scripture que vi dentur omnia simplici voluntati attribuere que non dicuntur ad hoc ut ratio tollatur a prouidentie dispen satione. sed ut omnium primum principium dei voluntas ostendatur. (sicut iam dictum est). sicut illud psalmi. (omnia que cunque voluit dominus fecit). et Job. xi. (quis dice re ei potest cur ita facis). et Ro. 9. (voluntati enim eius quis resistit). et Aug. dicit. 3. de trini. (non nisi dei voluntas causa prima sanitatis et egri tudinis: premiorum atque penarum. gratiarum atque retri butionum). sic ergo cum querimus propter quid de aliquo effectu naturali possumus reddere rationem ex aliqua proxima causa. dummodo tamen sicut in primam causam redu camus omnia in voluntatem diuinam. sicut si que-

Auc. s. scriptu.


Exclu. erro.

obiec. ex Auc. s. scriptu.

capitulo

ratur: quare lignum est calefactū ad presen
tiam ignis: dicitur q calefactio est natura
lis actio ignis: hoc autē quia calor est pro-
prium accidens eius: hoc autem consequit
propriam formam eius: et sic inde quousqz
perueniatur ad diuinam voluntatem: vn
de si quis respondet querenti quare lignū
calefactum est: quia deus voluit: cōuenien
ter quidem respondet: si intendit reducere
questionem in primā causam: incōuenien
ter vero si intēdit oēs alias excludere cās.

**Quomodo deus possit facere preter or-
dinem sue prouidētie: et quō nō. 98.**



Ex premissis autem accipi pōt duplicis ordinis
cōsideratio: quorum vnus qui-
dem dependet ex prima om-
niuz causa: vnde et oia cōplectitur: alius āt
prticularis q ex aliqua cā creata dependet:
et continet illa que cause illi subdunt: et hic
quidem multiplex est secundū diuersitatē
causaruz que inter creaturas inueniuntur:
vnum tn̄ eorum sub altero cōtinetur sicut
et causarū vna sub altera existit: vnde oz q
oēs particulares ordines sub illo vlī ordie
contineantur: et ab illo descendant qui inue
niuntur in rebus: secūdū q a pria causa de
pendent: huiusmodi exemplū in politicis
cōsiderari pōt: nā oēs domestici vnius pa
trisfamilias ordinē quēdam adinuicē hn̄t:
sm̄ q ei subduntur. Rursus tā ipse pa-
terfamilias q̄z oēs alij qui sūt sue ciuitatis
ordinem quēdam adinuicē hn̄t et ad prin-
cipez ciuitatis: qui iterum cum oibus qui
sunt in regno aliquē ordinem hn̄t ad regē.
Ordinē aūt vlem sm̄ quem oia ex diui
na prouidentia ordinantur: possumus consi
derare dupl'r. s. q̄tuz ad res que subdūtur
ordini: et q̄tū ad ordinis rōnē. que ex prin-
cipio ordinis dependet. (ostensum est autē
in secundo). q res ipse que a deo sub ordi
ne ponuntur proueniunt ab ipso non sicut
ab agente per necessitatem nature. vel cu-
iuscunqz alterius sed ex simplici volunta-
te maxime quantum ad primam rerum
institutionem. Relinquitur ergo q preter
ea que sub ordine diuine prouidentie ca
dunt: deus aliqua facere potest nō autē est
eius virtus ad has vel illas res obligata.

Si autē consideremus predictū ordinē
quātum ad rationē a principio dependen-
tē: sic preter ordinem illum deus facere nō
pōt: ordo. n. ille procedit vt dictū est ex scia
et voluntate dei oia ordinante in suaz boni
tatem sicut in finem: non est āt possibile q
deus aliquid faciat quod non sit ab eo vo-
litum: cum creature ab ipso non pcedant
nāliter: sed per voluntatem. (vt ostensum
est). neqz ēt est possibile ab eo aliquid fie-
ri qđ eius scia non cōprehendatur: cū vo-
luntas esse non possit nisi de aliquo noto.
Neqz iterum est possibile q in creaturis
aliquid faciat: quod in suam bonitatem
non sit ordinatum sicut in finez. Cum sua
bonitas sit propriū obiectū volūtatis ipsi-
us. Similiter aūt cum deus sit oino immu-
tabilis: impossibile ē q aliquid velit quod
prius noluerit: aut aliquid de nouo incipi
at scire vel in suam ordinet bonitatē. Ni-
hil igit deus facere pōt quin sub ordie sue
prouidētie cadat: sicut non pōt aliqd facere
quod eius opationi nō subdatur: pōt tamē
alia facere q̄z ea que subduntur eius proui
dentie vel operationi: si absolute considere-
tur eius potestas: sed nec potest facere ali-
qua: que sub ordine prouidentie ipsius ab
eterno non fuerunt. eo q mutabilis esse nō
potest. Hanc autez distinctionem qui-
dam non considerantes in diuersos erro-
res inciderunt. Quidaz vero imobilita
tem diuini ordinis ad res ipsas que ordinī
subdunt extendere conati sunt dicentes: q
oia necesse est eē sicut sunt: intantū q qui-
dam dixerunt q deus nō pōt alia facere
q̄z que facit: contra quod est quod habetur
Mat. 26. (An putas q2 non possum roga-
re patrem meum: et exhibebit mihi plusq̄z
duodecim legiones angelorum). Quidaz
autem econuerso: mutabilitatem rerum
que diuine prouidentie subijciuntur immu
tabilitatem diuine prouidentie transtule-
runt de eo carnaliter sentientes q deus
ad modum carnalis hominis sit in sua vo
luntate mutabilis: contra quod dicitur.
Numeri. 23. (Nō est de⁹ quasi hō vt mē Nūeri.
tiatur nec vt filius hois: vt mutet). Alij ve
ro contingētiā diuine prouidentie subtrare
runt. contra quos dr̄ Tren. 3. (Quis est Tre.
iste q dixit: vt fieret aliqd dn̄o nō iubēte).


¶ Q̄ deus potest operari preter ordinem
rebus inditum producendo effectus absq̄
causis proximis. 99.



Restat autem
ostendere q̄ preter ordinem
ab ipso rebus inditū de⁹ age
re possit. ¶ Est.n.ordo divi-
nitus istitutus: vt inferiora p̄ superiora mo
veantur a deo. (vt supra dictū est). pōt āt
deus preter hūc ordinē facere. vt.s. ipse effe
ctū aliquē in inferioribus opetur nihil ad
hoc agente supiori agente: in hoc.n. differt
agēs s̄m necessitatē nāe ab agente s̄m vo
luntatē. q: ab agēte s̄m necessitatē nāe effe
ctus nō pōt sequi nisi s̄m modū virtutis
active: vn̄ agēs qd̄ est maxie virtutis non
pōt imediate p̄ducere effectū aliquē parvū
sed p̄ducit effectū sue virtuti p̄portionatū
in quo tn̄ inveniſ qn̄q̄ minor virt⁹ q̄ȝ i cā.
¶ Et sic p̄ multa media tendēs a cā sup-
ma p̄venit aliq̄s pvus effectus. In agēte
āt p̄ voluntatē nō est sic. Nā agēs p̄ volū
tatē stati sine medio pōt p̄ducere quēcūq̄
effectū qui suā nō excedat virtutē: artifex.
.n. p̄fectissimus pōt facere opus q̄le faciat
artifex iperfectus. Deus āt opatur p̄ volū
ca°.23. scdi.li tatē ⁊ nō p̄ necessitatē nāe. (vt supra ostē-
sum est). igiſ minores effect⁹ q̄ fiūt p̄ cās infe
riores pōt faceř imediate absq̄ scdis cāis.
2 ¶ Adhuc virtus divina comparatur ad
omnes virtutes activas: sicut virtus vni
versalis ad virtutes p̄ticulares. (sicut per
supradicta p3). virt⁹ āt activa vl̄is ad p̄ti
cularē effectum producendū determinari
potest dupliciter. ¶ Vno modo per cau-
sam mediam particularē: sicut virtus acti
va celestis corporis determinatur ad effe-
ctum generationis humane per virtutem
particularem que est in semine: sicut ⁊ in
syllogismis virtus p̄positiōis vl̄is determi
natur ad particularē cōclusionē p̄ assum-
tionē p̄ticularē. ¶ Alio modo p̄ itellectuȝ
qui determinataȝ formā apprehendit: ⁊ eā
in effectū p̄ducit. Divinus āt intellectus
non solum est cognoscitivus sue essentie q̄
est quasi vl̄is virtus activa: neq̄ȝ etiā tātū
vniversalium ⁊ primarū causarū: sed om
niuȝ particulariū. (sicut p̄ supradicta p3).
pōt igitur producere immediate oēm effe
ctū: quē p̄ducit quodcūq̄ p̄ticulare agēs.
3 ¶ Amp̄. cū accidētia cōsequanſ p̄ricipia
substātialia rei: oȝ q̄ ille qui imediate sub-
stantiam rei producit: possit imediate cir-
ca ipsam rē operari quecunq̄ ad substan-
tiam eius consequūtur: generans enim q̄
dat formam: dat oēs p̄prietates ⁊ motus
cōsequētes. (ostēsuȝ est āt supra). q̄ deus
in prima reruȝ institutiōe oēs res p̄ crea
tionē imediate p̄ducit in eē: pōt igiſ ime-
diate vnāquāq̄ rem p̄ducere sive movere
ad aliquem effectuȝ absq̄ medijs causis.
4 ¶ Item ordo rerū profluit in res secun
dū q̄ est precogitatus in itellectu ipsius: si
cut videmus in rebus hūanis q̄ princeps
civitatis ordinem apud se p̄meditatuȝ cui
libet iponit. Intellectus āt divinus nō est
determinat⁹ ad hūc ordinē de necessitate:
vt nullū alium ordinē itelligere possit: cū ⁊
nos alium ordinem per intellectum appre
hendere possumus: pōt.n. intelligi a nobis
q̄ de⁹ hoieȝ ex terra absq̄ semine formet:
potest igitur deus preter inferiores causas
effectum illis causis proprium operari.
5 ¶ Pre. lȝ ordo rebus inditus a providē
tia divina bonitatē suo mō representet. nō
tamē ipsaȝ representat p̄fecte: cum non per
tingat bonitas creature ad equalitateȝ bo
nitatis divine. ¶ Quod autem non repre-
sentatur perfecte per aliquod exemplatuȝ:
potest iterum preter hoc alio modo repre
sentari: representatio autem divine bonita
tis in rebus est finis productionis reruȝ a
deo. (vt supra ostensuȝ est). non est igitur
voluntas divina determinata ad hunc or-
dinem causarum ⁊ effectuum: vt non pos-
sit velle effectum aliquem in inferioribus
producere immediate absq̄ alijs causis.
6 ¶ Adhuc vniversa creatura magis est
deo subdita q̄ȝ corpus humanum sit sub-
ditum aīe eius: na3 anima est corpori pro-
portionata vt forma ipsius: deus aūt oēm
proportionem creature excedit: ex hoc āt
q̄ anima imaginatur aliquid. ⁊ vehemen-
ter afficitur ad illud: sequitur aliquando
imutatio in corpe ad sanitatē vel egritudi-
nem absq̄ actione principiorū corporaliuȝ
que sunt nata in corpore egritudinē vl̄ sani
tatē causare: multo igitur magis ex volun
tate divina potest effectus aliquis sequi

in creaturis absq3 causis que nate sunt
secundum naturam illu3 effectū ꝓducere.
7 ¶ Pre. fm nature ordinē virtutes acti-
ue elemētorum sub virtutibus actiuis cor-
poru3 celestiū ordinātur: propriū aūt effectū
virtutum elṫarium interdū virtus celestis
efficit absq3 actione elemēti: sicut patet cū
sol calefacit absq3 ignis actione: multo igi-
tur magis ⁊ diuina virtus absq3 actōe cā-
rum creaturarum potest producere proprios
effectus earu3. ¶ Si aūt quis dicat: q̄ cu3
ordinem istu3 rebus deus indiderit nō pōt
esse absq3 mutatione ipsius vt preter ordi-
nem ab ipso institutum operetur in rebus
effectus absq3 propriis causis ꝓducēdo: et
ipsa rerum natura repelli pōt. Ordo.n. in-
ditus rebus a deo s3 id est: quod in rebus
frequenter accidere solet: nō aūt vbiq3 vel
fm id quod est semper: multa.n. naturaliū
causarum effectus suos producunt eodem
modo vt frequēter: nō aūt vt semper. Nā
quādoq3 licet vt in paucioribus aliter ac-
cidit vel propter defectu3 virtutis agentis.
vel ꝓpter mãe indispositionē. Uel ꝓpter
aliquod fortius agens: sicut cum natura in
homine generat digitū sextu3: nō tñ ꝓpter
hoc deficit aut mutaf prouidētie ordo: na3
⁊ hoc ipsu3 q̄ nãlis ordo institutus fm ea
que sunt freqēter quandoq3 deficiat: proui
dentie subest diuine. Si ergo per aliquam
virtutem creatam fieri pōt: vt ordo nãlis
mutetur ab eo quod ē frequenter ad id qđ
est raro absq3 mutatiōe prouidētie diuine
multo magis diuina virtus qñq3 aliqđ fa-
cere potest sine prouidētie sue pīudicio pre
ter ordinē naturalibus inditū rebus a deo.
Hoc.n. ipsu3 ad sue virtutis manifestatio-
nem facit interdum: nullo.n. modo melius
mãifestari pōt q̄ tota natura diuine subie
cta est voluntati: q̄3 ex hoc q̄ qñq3 ipse pre
ter ordine3 nature aliquid operatur. ¶ Ex
hoc.n. apparet q̄ ordo reru3 ꝓcessit a deo
nō per necessitatē nature: sed per liberā vo
luntatē. ¶ Nec d3 hec rō friuola reputari
q̄ deus aliquid facit ī natura ad hoc q̄ de
ca°.57. us sententibus hominū manifestet. (cū su-
hui⁹ lib. pra ōnsum fit). q̄ oēs creature corporales
ad naturā itellectualē ordinātur quodāmō
sicut in finē. Ipsius aūt intellectualis natu
re finis ē diuina cognitio. (vt in supioribus
est ōnsum). non est ergo miru3 si ad cogni
tionē de deo intellectuali nature prebendā
fit aliqua mutatio in natura corporali.


¶ Q̄ ea que deus facit preter nature ordi
nem non sunt contra naturam. 100.



Onsiderā dum tñ vt q̄ l3 de⁹ interdū preter ordine3 rebus inditū aliquid operet. nihil tñ facit cōtra nām.
¶ Cum.n. deus sit actus purus: oia vero
alia hēant aliqđ de potētia admixtū: o3 q̄
deus cōparef ad oia sicut mouēs ad motū
⁊ actium ad id quod est in potēna. Quod
aūt ē in potētia scđm ordine3 nãlem in re-
spectu alicuius agētis: si aliquid ipzimatur
in ipsu3 ab illo nō est cōtra naturā simplici
ter: ⁊ si sit aliqñ contrariu3 particulari for-
me que corrūpitur per actione3 huiusmōi.
Cu3.n. generatur ignis ⁊ corrumpitur aer
igne agēte est generatio ⁊ corruptio natu-
ralis: quicquid igif a deo fit in rebus crea
tis nō est cōtra naturam. ⁊ si videatur esse
contra ordinem proprium alicuius nature.
¶ Adhuc cum deus sit primu3 agēs. (vt
supra ostensum est). oia que sunt post ipsu3
sunt quasi quedam instrumenta ipsius: ad
hoc aūt sunt instrumenta instituta vt deser
uiant actioni principalis agentis dum mo
uentur ab ipso: vnde talis instrumenti ma
teria ⁊ forma eē debet: vt sit cōpetēs actio
ni: qua3 intendit principale agens: ⁊ ꝓpter
hoc non est contra naturam instrumēti vt
moueatur a principali agente: sed est ei ma
xime conueniens: neq3 ergo est contra na-
turam cum res create mouentur qualiter
cunq3 a deo: sic.n. institute sunt vt ei deser-
uiant. ¶ Preterea in agentibus etiam cor
poralibus hoc videtur q̄ motus qui sūt in
istis inferioribus corporibus ex impressio
ne superiorum non sunt violenti neq3 con-
tra nām quāuis nō videantur conuenientes
motui naturali quem corpus inferius ha-
bet secundum proprietatem sue forme: nō
enim dicimus q̄ fluxus ⁊ refluxus maris
sit motus violentus cum sit ex impressio-
ne celestis corporis. licet naturalis motus
aque sit solū ad vnā partē. s. ad medium:
multo igif magis qcqđ a deo fit in q̄libet
creatura nō pōt dici violentū n3 ɔtra nā3.

¶ Itez prima mēsurā eēntie ⁊ nature cu-iuslibet rei est deus sicut primū ens qđ est oibus causa eēndi. Cuz aūt p mēsuram de vnaquaqꝫ re sumat iudiciū: oꝫ hoc nāle di-ci vnicuiqꝫ rei per qđ cōformat sue mēsu-re. Hoc igit erit nāle vnicuiqꝫ rei qđ a deo ei inditū est: ergo ⁊ si adhec eidez rei a deo aliquid aliter ipᷣmat non est contra nām. ¶ Amp̄. oēs creature cōparant ad deū sic artificiata ad artificez. (sic ex p̄missis pꝫ). vnde tota nā est sicut qđdaz artificiatū di-uine artis. Non ē aūt cōtra rōnez artificij si artifex aliqđ aliter operet in suo artificio ēt postq̄ ei primā formā dedit: neqꝫ ergo ē contra naturā si deus in rebus nālibus ali-ter operet aliquid q̄ꝫ cōsuetus cursus nāe habet. ¶ Hinc est q̄ Augu. dicit. (Deus creator ⁊ cōditor oiūz creaturaꝝ nihil con-tra nām facit: qꝛ id ē nāle cuiqꝫ rei qđ facit a quo ē ois modus: numerus ⁊ ordo nāe).

¶ De miraculis. 101.




Hec autē que p̄ter or-dinē cōmu-niter in rebus statutuꝫ q̄nqꝫ diuinitus fiunt miracula dici solēt. ¶ Admiramur. n. aliqđ cum effectum videntes causam ignora-mus ⁊ quia causa vnā ⁊ eadez a quibusdā interdum est cognita ⁊ a quibusdam inco-gnita: inde contingit q̄ vidētium simul ali-quem effectum aliqui miranf ⁊ aliqui non mirātur. Astrologus. n. nō miratur videns eclypsiꝫ solis quia cognoscit cām: ignarus aūt huius sciencie necesse hꝫ admirari cāꝫ ignorans: sic igit est aliquid mirum quo ad hunc: nō aūt q̄tum illum: illud ergo simpli-citer mirum est quod habet cām simplici-ter occultam ⁊ hoc sonat nomen miraculi vt. s. sit de se admiratione plenū: nō quo ad

hunc vel quo ad illum tantuꝫ. Cā aūt sim-
ca°. 47 plicitur oculta omni hōi ā deus. (probatū
hui⁹ lib. est. n. supra). q̄ eius essentiaꝫ nullus homo in statu huius vite intellectu capere pōt: il-la igitur simpliciter miracula dicenda sunt que diuinitus fiunt preter ordinē cōmuni-ter seruatum in rebus. ¶ Horum autem

Sām⁹ gradus īter miracula. miraculorū diuersi sunt gradus ⁊ ordines. ¶ Nam summuꝫ graduꝫ inter miracula tenēt in quibus aliquid fit adeo quod natu-ra nunq̄ꝫ facere potest. Sicut q̄ duo corpo-ra sint simul. Et q̄ sol retrocedat aut stet. Vel mare diuisum transeuntibus iter pre-beat. Et inter hec etiam ordo attendit: naꝫ q̄to maiora sunt illa que deus operatur ⁊ quanto magis sunt remota a facultate na-ture: tanto miraculum maius est: sicut ma-ius est miraculū q̄ sol retrocedat q̄ꝫ q̄ ma-re diuidatur. ¶ Secundum autem gradū scd's gradus. tenent illa in quibus deus ali-quid facit qđ natura facere potest: sed non per illum ordinem. Opus eni nature est q̄ aliqđ animal viuat videat ⁊ ambulet: sꝫ q̄ post mortem viuat: post cecitatem videat: post debilitatem claudus ambulet. hoc nā facere nō potest: sed deus interdū miracu-lose operatur. Inter hec etiā miracula gra-dus attenditur scđm q̄ id quod fit magis est a facultate nature remotum. ¶ Terti-us aūt gradus miraculorum est cum deus facit quod consuetū est fieri operatione na-ture: tamen absqꝫ nature principiis operan-tibus: sicut cuꝫ aliquis a febre curabili per naturam virtute diuina curatur: ⁊ cuꝫ plu-it sine operatione principiorum nature. tertius gradus

¶ Qđ solus deus facit miracula. 102.



Ex premissis aūt osten-di pōt q̄ solus deus potest fa-cere miracula. ¶ Quod eniꝫ est sub ordine totaliter cōstitu-tum non potest preter ordinem illum ope-rari. Ois aūt creatura est cōstituta sub or-dine quem deus in rebus statuit: nulla er-go creatura potest supra hunc ordinē ope-rari quod est miracula facere.

2 ¶ Itē qñ aliqua virtus finita propriū effe-ctum operatur ad quem determinatur: nō est miraculū licet posset esse mirū alicui q̄ illam virtutez nō cōprehendit: sicut miruꝫ vī ignaris q̄ magnes trahit ferrum vel q̄ aliquis paruus piscis sit retinens nauem. Omnis aūt creature potentia est limitata ad aliquem determinatuꝫ effectum vel ad aliquos: quicquid ergo virtute cuiuscunqꝫ creature fiat nō pōt dici miraculū proprie ⁊ si sit mirū creature virtutē illius nō cō-prehēdēti. Qđ aūt fit virtute diuina q̄ cū sit īfinita de se icōp̄hēsibil' ē: vere miraculū ē.

3 ¶ Amp̄. ois creatura i sua actōe rq̄rit sbꝫ aliqđ i qđ agat. soli⁹ aūt dī ē ex nihilo aliqđ.

facere.(vt supra ostẽsuz est),nihil aũt qḋ re grit in sua actiõe subiectũ põt agere nisi il la ad q̃ subiectũ est i potẽtia. Hoc.n.agẽs in subiectũ aliqḋ opatur:vt educat illud de potẽtia in actũ. Nulla igit creatura sicut nec creare põt:ita ⁊ nec agere põt i aliq̃ re nisi qḋ ẽ in potẽtia illi⁹ rei: fiunt aũt multa miracula diuinit⁹ dũ in re aliq̃ fit diuina virtute qḋ nõ est in potẽtia illi⁹ rei: sicut q̧ mortu⁹ reuiuiscat:⁊ qḋ sol retrocedat:⁊ qḋ duo corpora sint simul. Nec igit miracula nulla virtute creata fieri possunt.

in nobis si igit͛ hō haberet directionem ꝛ suis actibus solū s͛m cōgruentiā spēi:non esset in ipso agere vel non agere:sed oporteret ꝙ sequeret͛ inclinationē naturalem toti speciei cōmunē vt cōtingit in oibus irrationalibus creaturis. Manifestū est igit͛ ꝙ rationales creature actus directionem habent non solum secūdum speciem:sed etiā secundum indiuiduum.

3 ¶ Amp͛.sicut.(supra ostēsū est). diuina ꝓuidentia ad oia singularia se extēdit etiā minima:quibuscūqȝ igit͛ sūt alique actōes preter inclinationē speciei: oportet ꝙ per diuinā prouidentiā regulentur in suis actibus preter directionem que pertinet ad speciem. Sed in rationali creatura apparent multe actiones ad quas non sufficit inclinatio speciei cuius signum est ꝙ non similes sunt in omnibus:sed varie in diuersis:oportet igitur quod rationalis creatura dirigat͛ a deo ad suos actus nō solū secundū speciē:sed etiā scd͛m indiuiduum.

4 ¶ Item deus vnicuiqȝ nature prouidet secundum ipsius capacitatem : tales enim singulas creaturas condidit quales aptas esse cognouit vt per suam gubernationem peruenirent ad finem Sola autem creatura rationalis est capax directionis qua dirigitur ad suos actus non solum secundum speciem:sed etiam secundum indiuiduum. habet enim intellectum ꝛ rationem vnde percipere possit quomodo diuersimode sit aliquid bonum: vel malum secundum ꝙ congruit diuersis indiuiduis temporibus ꝛ locis:sola igitur creatura rationalis dirigitur a deo ad suos actus: non solum secundum speciem:sed etiam secundum indiuiduum.

5 ¶ Pre.creatura rationalis sic diuine ꝓuidētie subiacet quod nō solū ea gubernat͛ sed etiā rationē prouidētie vtcunqȝ cognoscere potest. vnde sibi competit etiam alijs prouidentiam ꝛ gubernationem exhibere: quod nō contingit in ceteris creaturis que solum prouidentiam participant inquantum prouidentie subduntur. Per hoc aūt ꝙ aliquis facultatem ꝓuidendi habet:potest etiam suos actus dirigere ꝛ gubernare:participat igit͛ rationalis creatura diuinam prouidentiam non solū s͛m gubernari:sed etiā s͛m gubernare. Gubernat.n. se in suis actibus ꝓprijs ꝛ etiam alia : oīs aūt inferior ꝓuidentia diuine prouidentie subdit͛ q̄si supreme:gubernatio igit͛ actuū rationalis creature inquantum sunt actus personales ad diuinā ꝓuidentiam ptinet.

6 ¶ Itē actus personales rōnalis creature sunt ꝓprie act⁹ q̄ sūt ab aia rōnali. aia aūt rōnalis nō solū s͛m spēm est ꝑpetuitatis capax sicut alie creature:sed ēt s͛m indiuiduū:actus ergo rōnalis creature a diuina ꝓuidētia dirigunt͛ nō solū ea rōne qua ad spēm pertinent:sed etiā inquātū sunt ꝑsonales act⁹. ¶ Hinc est ꝙ licet diuine ꝓuidentie oia subdantur:tamen in scripturis sacris spāliter ei hoium cura attribuitur s͛m illud ps.(Quid est homo q᷑ memor es eius:aut fi.ho.q.re.eum).ꝛ.i.Corin. 9. (Nunquid deo cura est de bobus).que quidem ideo dicuntur quia de humanis actibus deus curam habet:non solum prout ad speciem pertinent:sed etiam secundum ꝙ sunt actus personales. Auc.s. scriptu.

¶ Q͛ diuinitus hoībus leges dant͛. 114.

Ex hoc autem apparet ꝙ necessariū fuit hōi diuinit⁹ legē dari. Sicut.n. actus irrōnalium creaturaꝝ diriguntur a deo ea ratione qua ad speciem pertinent:ita actus hominum diriguntur a deo secundum ꝙ ad indiuiduum pertinent. (vt ostēsum est). sed actus creaturarum irrationaliū prout ad speciem pertinent diriguntur a deo quadam naturali inclinatione:que naturam speciei consequitur:ergo supra hoc dandum est aliqd hominibus quo in suis personalibus actibus dirgantur:ꝛ hoc dicimus legem.

2 ¶ Adhuc rationalis creatura vt dictum est sic diuine prouidentie subditur ꝙ etiam similitudinem quādam diuine prouidentie participat inquantum se in suis actib⁹ ꝛ alia gubernare pōt:id autem quo aliquorum actus gubernant͛ dicitur lex:cōueniens igitur fuit a deo hominibus legē dari.

3 ¶ Item cum lex nihil aliud sit q̄ quedā ratio ꝛ regula operandi:illis solum conuenit dari legem qui sui operis rationem cognoscunt : hoc autem conuenit solum

rationali creature. soli igitur rationali creature fuit conueniens dari legem.

4 ¶ Preterea illis danda est lex in quibus est agere et non agere. hoc autem conuenit soli rationali creature: sola igitur rationalis creatura est susceptiua legis.

5 ¶ Amplius cum lex nihil aliud sit q̃ȝ ratio operis. cuiuslibet autem operis ratio a fine sumitur ab eo vnusquisqȝ legis capax suscepit legem a quo ad finem perducitur sicut inferior artifex ab architectore: et miles a duce exercitus. Sed creatura rationalis finem suum vltimum in deo et a deo cõsequit. (vt ex superioribus patet). fuit igitur conueniens a deo legeȝ hominibus dari. ¶ Hinc est q dicitur Iere. 31. (Dabo legem meã in visceribus eorũ). Et Osee 8. (Scribam eis multi le. me).

Auc. s. scriptu.

¶ Q3 lex diuina principaliter ordinat hominem in deum. 115.




Ex hoc autem sumi potest: ad quid lex diuinitus data principaliter tendat. ¶ Manifestum est eniȝ quod vnusquisque legislator ad suum finẽ principaliter per leges homines dirigere intendit: sicut dux exercitus ad victoriam et rector ciuitatis ad pacem. finis autẽ quẽ deus itẽdit est ipsemet deus lex igit diuina hominẽ pncipaliter in deũ ordinare itẽdit.

2 ¶ Adhuc lex sicut dictum est: est quedaȝ ratio diuine prouidentie gubernantis rationali creature proposita. Sed gubernatio prouidentis dei singula ad proprios fines ducit. Per legem igitur diuinitus datam homo ad suum finem precipue ordinatur. Finis autem humane creature est adherere deo: in hoc enim felicitas eius consistit. (vt supra ostensum est). Ad hoc igitur principaliter lex diuina hominem dirigit vt deo adhereat.

3 ¶ Amplius intentio cuiuslibet legislatoris est eos quibus legeȝ dat facere bonos vnde precepta legis debent esse de actibus virtutum: illi igitur actus a lege diuina precipue intendunt q sũt optimi: sȝ iter oẽs humanos actus illi sunt optimi qbus hõ adheret deo vtpote fini ppinqores: ğ ad hos actus pcipue lex diuina ordinat homines.

4 ¶ Itẽ illud precipuum debet esse in lege ex quo lex efficaciã hȝ: sed lex diuinitus data ex hoc apud homines efficaciam habet qd homo subditur deo: non. n. aliquis alicuius regis lege artatur qui ei subditus nõ est: hoc igitur pcipuũ in diuina lege esse dȝ vt mens humana deo adhereat. ¶ Hinc est quod dicit Deuter. x. (Et nũc israel qd dominus deus tuus petit a te nisi vt timeas dominum deum tuũ. et ambules in vijs eius: et diligas euȝ: ac seruias dño deo tuo in toto corde tuo: et in tota anima tua).

¶ Q3 finis legis diuine ẽ dilectio dei. 116.



Quia vero intentio diuine legis ad hoc pn̄cipaliter est vt homo deo adhereat. homo autem potissime adheret deo per amorem. necesse est q intentio diuine legis principaliter ordinetur ad amandum. ¶ Quod autẽ per amorem homo maxime deo adhereat manifestum est. ¶ Duo enim sunt in homine quibus deo põt adherere: intellectus scilicet et voluntas. nam secundum inferiores anime partes deo adherere nõ põt: sed iferioribus rebus. adhesio aũt que est per intellectum cõpletionẽ recipit per eaȝ que est voluntatis: qr per voluntatẽ hõ quodãmodo quiescit in eo qd intellectus apprehendit. voluntas autẽ adheret alicui rei vel propter amoreȝ vel propter timorem: sed differenter. naȝ ei quidem cui inheret propter timorẽ inheret propter aliud: vt. s. euitet malũ: qd si nõ adhereat ei iminet: ei vero cui adheret ppter amorẽ adheret pp seipsuȝ: qd aũt est ppter se principalius est eo quod est propter aliud. Adhesio igitur amoris ad deum est potissimus modus ei adherendi: hoc igitur est potissime intentum in diuina lege.

2 ¶ Item finis cuiuslibet legis et precipue diuine est homines facere bonos. Homo autem dicitur bonus ex eo q habet voluntatem bonam per quam reducit in actum quicquid boni in ipo ẽ. volũtas aũt bona ẽ ex eo q vult bonũ. et pcipue maximum bonum quod est finis: quãto igitur huiusmoi bonum magis volũtas vult: tanto magis hõ est bonus: sed magis vult hõ id qd vult pp amorẽ q̃ȝ id qd vult pp timorẽ tantuȝ.

vt dicit phs 3°. ethi. ca° 2°. Nam quod vult propter timorem tantu3 dicitur mirtu3 in voluntario: sicut aliquis vult in mari piectionē mercium pp timorē: ergo amor sūmi boni. s. dei marie facit bonos. ⁊ est marime itentū in diuina lege.

3 ¶ Preterea bonitas hominis est per virtutem: virtus. n. est que bonū facit hñtem. vñ ⁊ lex intēdit homines facere virtuosos ⁊ precepta legis sunt de actibus virtutum: sed de conditione virtutis est vt virtuosus ⁊ firmiter ⁊ delectabiliter operetur: hoc āt facit mar me amor. nam er amore aliquid firmiter ⁊ delectabiliter facimus. amor igitur boni est vltimu3 intētu3 in lege diuina.

4 ¶ Adhuc legislatores iperio legis edite mouent eos quibus lex datur. in omnibus aūt que mouentur ab aliquo primo mouēte tanto aliquid perfectius mouetur quanto magis pticipat de monitione primi mouentis ⁊ de similitudine ipsius. Deus autē qui est legis diuine datur omnia facit propter suum amorem. qui igitur hoc mō tendit in ipsum. s. amādo: perfectissime mouetur in ipsum: omne autem agens intendit perfectionem in eo quod agit: h igitur est finis totius legislatoris: vt homo deū amet.

Auc.s. scriptu. ¶ Hinc est quod dicitur. 1. Thimo. primo. (Finis precepti caritas est). ⁊ Mathe. 22. dicitur q̃ primum ⁊ marimū mandatum in lege est. (Diliges dominum deum tuū). Jnde est quod lex noua tanqua3 perfectior dicitur lex amoris. lex autem vetus tanquam imperfectior: lex timoris.

¶ Q̄ʒ lege diuina ordinamur ad dilectionem proximi. 117.

Ex hoc autem

sequit̄ q̃ diuina lex dilectionē pximi itēdat. ¶ O3 eni3 vnionē esse affectus iter eos quibus est vnus finis cōis. cōicant aūt homines in vno vltimo fine beatitudinis ad quem diuinitus ordinantur: oportet igitur q̃ vniant̄ hoies adinuicē mutua dilectiōe.

2 ¶ Adhuc quicūq3 diligit aliquē. cōns est vt ēt diligat dilectos ab eo ⁊ eos q cōiūcti sunt ei. homines aūt dilecti sunt a deo quibus suipsius fruitionē quasi vltimu3 finē predisposuit: oportet igit̄ vt sicut aliquis sit dilector dei: ita etia3 fiat dilector proximi.

3 ¶ Amp̄. cum homo sit nālïter animal sociale indiget ab alijs hominibus adiuuari ad consequendum propriu3 finem: quod cōuenientissime sit dilectiōe mutua inter homines eristente: er lege igitur dei que homines in vltimum finem dirigit precipitur in nobis mutua dilectio.

4 ¶ Item ad hoc quod homo diuinis vacet indiget tranquillitate ⁊ pace: ea vero q̄ pacem perturbare possunt precipue per dilectionem mutuam tolluntur: cum igitur lex diuina ad hoc ordinet homines vt diuinis vacent: necessarium est q̃ er lege diuina in hominibus mutua dilectio procedat.

5 ¶ Preterea lex diuina profertur homini in aurilium legis naturalis. est autē omnibus hominibus naturale vt seinuice3 diligant. Cuius signum est q̃ quodam naturali instinctu homo cuilibet homini etiam ignoto subuenit in necessitate puta reuocādo ab errore vie: erigendo a casu ⁊ alijs huiusmodi ac si omnis hō omni homini eēt familiaris ⁊ amic⁹: igit̄ er diuina lege mutua dilectio hominibus precipit̄. ¶ Hinc est quod dicitur Joan. 15. (Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem). Et primo Joan. quarto. (Hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deu3: diligat ⁊ fratre3 suum). ⁊ Mathe. 22. dicit̄ q̃ scōm mandatu3 est. (Diliges proximū tuū ⁊c̄). Auc.s. scriptu.

¶ Q̄ʒ per diuinam legem homines ad rectam fidem obligantur. 118.

Ex hoc autem

apparet q̃ per diuinam legē homines ad rectam fidē obligantur. ¶ Sicut enim amationis corporalis principium est visio que est per oculum corporalem: ita etiam dilectionis spiritualis initium esse oportet visionem intelligibilem diligibilis spiritualis. Visio autem illius intelligibilis spiritualis quod est deus in presenti haberi nō potest a nobis nisi per fidem eo q̃ naturalem rationem ercedit: ⁊ precipue secūdum qđ in eius fruitione nr̄a beatitudo cōsistit: igit̄ er lege diuina in fide3 rectā iducimur.

2 ¶ Itē lex diuina ad hoc ordinat hoie3 vt sit totaliter subdit⁹ deo s3 sic hō subdit̄ deo amādo q̄tū ad volūtatē. ita subdit̄ deo cre

dendo quantũ ad intellectũ:non aũt credẽdo aliqd falsuʒ:qa a deo qui est veritas nullum falsum homini ꝓponi põt.vñ qui credit aliqđ falsuȝ nõ credit deo:ex lege igitur diuina ordinanť homines ad fidẽ rectam.

3 ℂAdhuc quicũqȝ errat circa aliquid qđ est de essentia rei:non cognoscit illam rem sicut si aliquis apprehenderet animal rationale estimans hoc esse hominẽ non cognosceret hominem.secus autez esset si erraret circa aliquod accidentium eius ⁊ sed in compositis qui errat circa aliquod principiorum essentialium: ⁊ si non cognoscat rem:simpliciter tamen cognoscit eam secundum quid sicut qui estimat hominem esse animal rationale cognoscit eum secundum genus suum.In simplicibus autem hoc non potest accidere:sed quilibet error totaliter excludit cognitionem rei. Deus autem est maxime simplex:ergo quicunqȝ errat circa deum non cognoscit deum: sicut qui credit deum esse corpus nullo modo cognoscit deum:sed apprehendit aliqd aliud loco dei.Secundum autẽ ꝙ aliquid cognoscitur secundũ hoc amatur ⁊ desideratur:qui ergo errat circa deuȝ:nec amare potest deum nec desiderare ipsum vt finẽ:cũ igiť lex diuina ad hoc tẽdat vt hoies amẽt ⁊ desiderẽt deũ oȝ ꝙ ex lege diuina hoies obligenť ad rectã fidẽ hñdã de deo.

4 ℂAmp.falsa opinio ita se habet in intelligibilib⁹ sicut vitiũ virtuti oppositũ in moralibus.nã bonũ intellect⁹ est verũ.sed ad legẽ diuinã pertinet vitia ꝓhibere:ergo ad eam etiã ptinet falsas opiniones de deo ⁊


Auc.o. scriptu.

de his que sunt dei excludere.⁋ Hinc est qđ dr̃ Hebre.xi.(Sine fide ipossibile est placere deo).⁊ Deuter.6.(Añqȝ alia p̃cepta legis ponantur prestituitur recta fides de deo).cũ dr̃.(Audi israel:dñs deus tu⁹ vnus est).

Exclu° erro.

Per h° autez excluditur error quorundã dicentiũ ꝙ nihil refert ad salutem hois cum quacunqȝ fide seruiat deo.

ℂQȝ per quedã sensibilia mens nostra dirigit in deum. ioi9.




Uia vero cõnaturate est hõi vt p sẽsus cognitionez accipiat:⁊ difficillimũ ẽ sensibilia transcẽdẽte:ꝓuisum est diuinitus homini vt etiam in sensibilibus rebus diuinoꝝ ei cõmemoratio fieret vt p hoc hois intẽtio magis reuocaretur ad diuina. Ille etiaȝ cuius mens nõ est valida ad diuina in seipsis cõtemplanda:⁊ ꝓpter hoc instituta sunt sensibilia sacrificia que homo deo offert:nõ ꝓpter hoc ꝙ deus eis indigeat:sed vt representeť hõi:qđ seipsuȝ ⁊ oia sua debet referre in ipsum:sicut in finem ⁊ sicut in creatorem ⁊ gubernatorem ⁊ dominuȝ vniuersoꝝ. Adhibenť etiã hõi quedã sanctificationes per quasdã res sensibiles quib⁹ homo lauatur:aut vngiť:aut pascitur:aut potatur cum sensibilium verborum prolatione vt homini representetur per sensibilia:intelligibilium donorum processum in ipso ab extrinseco fieri ⁊ a deo: cuius nomen sensibilibus vocib⁹ exprimitur. ⁋ Exercentur etiam ab hominibus quedã sensibilia opera:non quibus deum excitent:sed qbus seipsi prouocent in diuina:sicut prostrationes genuflexiones:vocales clamores:⁊ cantus:que non fiunt quasi deus his indigeat:quia omnia nouit: ⁊ cuius voluntas est immutabilis ⁊ affectũ mẽtis ⁊ etiam motum corporis non propter se acceptat:sed propter nos facimus: vt per hec sensibilia opera intentio nostra dirigatur in deum ⁊ affectio accendatur: simul etiam per hoc deum profitemur aie ⁊ corporis actorem cui ⁊ spiritualia ⁊ corporalia obsequia exhibemus. ⁋ Propter hoc nõ est mirum si heretici qui corporis nostri deum esse actorẽ negant:huius corporalia obsequia deo fieri reprehendunt. ⁋ In quo etiã apparet ꝙ se homines esse non meminerunt dũ sensibilium sibi representationem:necessariam non iudicant ad interiorem cognitionem ⁊ affectionẽ.naȝ experimento apparet quod per corporales actus anima excitatur ad aliquam cognitionem vel affectionem.vnde manifestum est conuenienter etiaȝ corporalibus quibusdã nos vti ad mentis nostre eleuationem in deum.In his autem corporalibus deo exhibendis cultus dei consistere dicitur.

⁋ Illa enim colere dicimur quibus per nostra opera studium adhibemus. Circa deum autem exhibemus studium nostro actu:non quidem vt proficiamus ei: sicut

cum alias res nostris operibus colere dicimur:sed qz per huius actus proficimus in deum:et quia per interiores actus dire cte in deū tendimus:ideo interioribus acti bus proprie deum colimus:sed tamē et exteriores actus ad cultum dei pertinent in quantū per huius mens nostra ele uatur in deum:vt dictum est.¶ Hinc est qꝫ dei cultus religio nominatur:quia huiusmodi actibus quodammodo homo se ligat vt ab eo non euagetur:et quia etiam quodam naturali instinctu se obligatum sentit vt deo suo modo reuerentiam ipendat a quo est sui esse et omnis boni principi um.¶ Hinc est etiam qꝫ religio nomen accepit pietatis nam pietas est per quam honorem debitum parentibus impedimꝰ vnde conuenienter qui deo parenti omnium honor exhibetur:pietatis esse videtur: propter quod qui his que ad diuinum cultum pertinent aduersantur:impij dicunt. ¶ Quia vero deus non solū est nostri esse causa et principium:sed totū nostrum esse in potestate ipsius est:et totum quod in no bis est ipsi debemꝰ:ac per hoc vere dominus noster est:id quod in honorem dei exhibemus seruitium dicitur.est autem deus dominus nō per accidens sicut omnis homo:sed per naturam: ideo aliter debet seruitiū deo et aliter homini cui p accidēs subdimur.Et quia habet aliquod particulare in rebus dominū et a deo deriuatur. vnde seruitium quod debetur deo specialiter apud grecos latria vocatur.

¶Qꝫ latrie cultus soli deo est exhibendus. 1020.



Uerunt aūt aliqui qui latrie cultū nō solum prio rerū principio exhibendum estimauerunt:sed sed omnibus etiam creaturis que supra homines sunt.¶ Vnde quidam licet opinarentur deum esse vnum primum: et vniuersale rerum principium. latriam tamen exhibendam estimauerūt.¶ Primo quidē post summū deum substantijs intellectualibus celestibꝰ quas deos esse vocabāt siue essent substātie omnino a corporibus separate siue essent aie orbiū aut stellarum.¶ Secundo etiam quibusdam substantijs intellectualibꝰ quas vnitas esse credebāt corpo ribus aeris quos demones esse dicebant et tamen qz supra homines eos esse credebant sicut corpꝰ aereū est supra terrestre. Huiusmodi etiā substantias colēdas diui no cultu ab hominibus ponebant:et in cōparatione ad homines deos illos esse dicebāt quasi medios inter hoīes et deos: et quia animas bonorum p hoc qꝫ a corpe sepa rantur in statum altiorem qꝫ sit status pre sentis vite transire credebant:etiam animabus mortuorum quas heroycas aut manes vocabant:diuinū cultum exhibēdum esse opinabantur.¶ Quidam vero deum esse animam mundi estimantes crediderunt qꝫ toti mundo et singulis eius partibꝰ esset cultus diuinitatis exhibendus:non tamen propter corpus:sed propter animam quam deum esse dicebant:sicut et homini sapienti honor exhibetur:non propter corpus:sed propter animam.¶ Quidam vero etiam ea que infra hominem sunt secundum naturam homini:tamen colenda esse dicebant diuino cultu inquantum in eis participatur aliquid virtutis superioris nature:cum quasdam imagines per homines factas sortiri crederent aliquam virtutem supernaturalem:vel ex influentia celestium corporum:vel ex presentia aliquorum:spirituum: dicebant huius imaginibus diuinum cultum esse exhibendū quas etiam imagines deos vocabant.propter qd et idolatre sunt dicti:qz latrie cultum idolis.i.imaginibus impendebant.

¶ Est autem irrationabile ponentibꝰ vnū tantū pricipiū separatum et cultum diuinū alteri exhibere.¶ Cultū eni deo exhibemꝰ vt dictum est:non quia ipse hoc indigeat sed vt in nobis:firmetur etiam per sensibi lia opinio vera de deo: opinio autem de hoc qꝫ deus sit vnus supra omnia exaltatus:per sensibilia firmari non potest in no bis nisi per hoc qꝫ ei aliquod separatum exhibemus quod dicimus cultum diuinum: patet ergo qꝫ vera opinio de vno principio debilitatur si cultus diuinus pluribus exhibeatur. Concl° pria p° di.po. proba°

2 ¶ Preterea sicut dictū est supra: hmōi cultus exterior homini necessarius est ad

hoc ꝙ anima hominis excitetur in spiritua lem reuerētiā dei: ad hoc autē ꝙ animus hominis ad aliquid moueatur: multū operatur consuetudo: nam ad cōsueta facilius mouetur. Habet autē hoc humana cōsuetudo ꝙ honor qui exhibetur ei qui summum locum in republica tenet puta regi vel imperatori nulli alij exhibetur. Est igitur animus homis excitandus ad hoc ꝙ extimet esse vnum summum rerum principium per hoc ꝙ ei exhibeat quod nulli alteri exhibet & hoc dicimus latrie cultum.

3 ¶ Itē: si cultus latrie alicui deberetur q2 est superior & non quia summus: cum hominum vnus alio sit superior & etiā angelorum: sequeretur ꝙ vnus homo exhibere latriam alteri deberet & angelus angelo: & cū ille inter homines qui superior est quātum ad vnum sit inferior: quantum ad aliud: videtur ꝙ mutuo sibi homines latriam exhibere deberent: quod est inconueniens.

4 ¶ Adhuc scdm hominum consuetudinē p speciali beneficio spūalis retributio debetur: est aūt quoddam spāle beneficiū qd homo a deo summo percipit. s. creationis ca° 21. sue. (ostēsum est enim in. 2. libro). quod solus deus creator est: debet ergo homo aliquid speciale deo reddere in recognitionē beneficij specialis & hoc est latrie cultus.

5 ¶ Amp. latria seruitium dicit. seruitium aūt domino debetur. dñs aūt ꝓprie & vere ē q alijs ꝑcepta opādi dispēsat & a nullo regulam operandi sumit: qui enī exequitur quod a superiori fuerit dispositum magis est minister q̄ dñs. deus aūt qui ē summum rerū principiū p suam prouidentiam oia ad debitas actiones disponit. (vt supra ōnsum ē). vñ & in sacra scriptura & angeli & superiora corpa ministrare dicunt: & deo cuius ordinationē exequunt: & nobis in quorū vtilitatē actiones eorum proueniunt: non est igitur cultus latrie qui summo debetur dño exhibendus nisi summo rerum principio.

6 ¶ Itē inter alia que ad latriā ptinēt singulare vr esse sacrificiū. nā genuflectiones: prostrationes & alia hmōi honoris indicia: Et hoibus exhiberi psit lz alia intentione q̄ deo. Sacrificiū aūt nullus offerēdū cēsuit alicui nisi q2 eū deū estimauit aut estimare se finxit. externus aūt sacrificiū representatiuum est interioris veri sacrificij secundū ꝙ mens hūana seipsam deo offert. Offert aūt se mēs nra deo. s. q̄si sue creatōis principio: q̄si sue opatiōis actori: q̄si sue beatitudis fini. Que quid: cōueniunt soli summo rerum principio. (ostensum est autē supra). ca° 87. ꝙ anime ratiōalis causa creatrix solus de scdi lib. us summus est: ipse enim solus hominis voluntatem potest inclinare ad quodcūq3 voluerit. (vt supra ostensum est). Patet ca° 89. etiam. (ex superioribus). ꝙ in eius solius & 80. fruitione vltima hominis consistit felicitas hui9 lib. soli igitur summo deo homo sacrificium & latrie cultum offerre debet. Non autē substantijs quibuscūq3 spiritualibus. ¶ Licet autem positio que ponit deum summū non esse aliud quam anima mundi magis a veritate recedat. (vt supra ostensum est). discutit de opi. pdict. Illa vero que ponit deum separatum esse & ad ipso existere omnes alias intellectuales substantias siue separatas siue corpori coniunctas sit vera. Hec tamen positio rationabilius mouetur ad exhibendum latrie cultum diuersis: exhibendo enim latrie cultum diuersis rebus videntur vni summo deo latriam exhibere: ad quem secundum eorum positionem diuerse partes mundi comparantur sicut ad animam hominis diuersa corporis membra. ¶ Sed etiam ei ratio obuiat. Dicunt enim mundo non esse exhibendum latrie cultum ratione corporis: sed ratione anime quam deum esse dicunt. ¶ Licet autem corpus mundi diuisibile sit in partes diuersas: anima tamē indiuisibilis ē: nō ē igitur diuinitatis cultus diuersis rebus exibendus. sed vni tantum. improba° op. q rō nabili9 diffis latriā exhibebat.

2 ¶ Adhuc si mundus ponitur animā habere que totum animet. Et omnes partes ipsius nō potest hoc intelligi de anima nutritiua vel sensitiua: quia harum partium anime operationes non competunt omnibus partibus vniuersi: dato etiā quod mūdus haberet animam sensitiuam: vel nutritiuam: non propter huiusmodi animas deberetur ei latrie cultus sicut nec brutis animalibus nec plantis. Relinquitur ergo ꝙ hoc ꝙ dicunt deum cui debetur latria esse animam mundi intelligatur de anima intellectuali: que quidem anima non est perfectio determinatarum partium corpo-

ris sed aliquo modo respicit totū: quod et in nostra anima que est ignobilior pz. Nō enim intellectus habet aliquod organū corporale. (vt probat in tertio de anima). non

tertiu. aō.6. igitur exhibendus esset cultus diuinitatis diuersis partibus mundi: sed toti mundo propter animam eius scdm eorum radicē.

3 ¶ Amp. si sm eorum positionē vna tantum sit anima que totum mundū animat & partes omnes ipsius: mundus aūt nō dicitur deus nisi pp animaʒ: erit ergo vnus tantum deus & sic cultus diuinitatis nō debetur nisi tantuʒ vni: si vero sit vna anima totius & diuerse partes iterū habeāt diuersas animas: opʒ eos dicere q anime ptiuʒ sub anima totius ordinētur: eadem.n. est ꝓportio perfectionū & pfectibiliū: existētibus autē pluribus substantijs intellectualibus ordinatis: illi tantum debetur latrie cultus que sūmū locum in eis tenet. (vt dn̄suʒ est contra aliam positionēʒ). non erit igit exhibēdus latrie cultus ptib9 mūdi sʒ solū toti.

4 ¶ Preterea manifestum est quasdam partes mundi nō habere animam propriā: eis igitur nō erit exhibendus latrie cultus: & tn̄ ipsi colebāt aias & mūdi elemēta. s. terrā aquā ignē & alia hmōi inaiata corpora.

5 ¶ Item manifestum est qd superius nō debet inferiori latrie cultum: hō autē superior est ordine nature ad minus omnibus inferioribus corporibus quanto perfectiorem habet formam: non igitur ab homine esset exhibēdus latrie cultus iferioribus corporibus si ꝓpter proprias eorum aias eis cultus deberetur. ¶ Eadē etiam inconue-

ꝯ alias pōnes. nientia sequi necesse est si quis dicat quod singule partes mundi habeāt ꝓprias aias non aūt totum habet aliquā vnam cōem. ¶ Oportebit eni quod suprema pars mūdi habeat animam nobiliorem cui soli sm premissa debetur latrie cultus. ¶ His āt

ꝯ po. di. ymagini b9 latrʒ exhibendam. positionibus irrationabilior est illa que dicit imaginibus esse latrie cultū exhibēduʒ. ¶ Si eniʒ huiusmodi imagines habēt virtutem aut aliquā dignitateʒ ex corporibus celestibus: non propter hoc debēt eis latrie cultus. cuʒ nec ipsis corporibus celestibus debeatur nisi forte propter eorum animas vt quidam posuerunt. he autem imagines ponunt virtutē aliquā cōseq ex corporibus celestibus sm eorum corporalez virtutem.

2 ¶ Preterea manifestum nō consequi ex celestibus corporibus tam nobilē perfectionez sicut est anima rōnalis: sunt ergo infra gradum dignitatis cuiuslibet hōis: non igitur ab homine debetur eis aliquis cultus.

3 ¶ Adhuc causa potior est effectu: harum aūt imaginuʒ factores sunt homines: non igitur homo debet eis aliquē cultuʒ. ¶ Si Rᵒ. aūt dicatur q huiusmodi imagines habēt aliquam virtutē aut dignitatē ex hoc q eis adherent alique spūales substātie. ¶ Hoc iproba9 etiam nō sufficit cum nulli spirituali substātie debeatur latrie cultus nisi soli summe.

4 ¶ Preterea nobiliori modo anima rōnalis adheret corpori hōis q̄ʒ aliqua spiritualis substantia adhereat predictis imaginibus: adhuc igit homo remanet in maiori dignitate q̄ʒ predicte imagines.


5 ¶ Adhuc cum huiusmodi imagines interduʒ ad aliquos nocios effectus fiāt manifestuʒ est q si per aliquas spirituales substantias effectum sortiantur q ille spirituales substantie sint vitiose: qd etiam manifestius probatur ꝑ hoc q responsiōibus decipiunt: & aliqua contraria virtuti exigunt a suis cultoribus: & sic sūt bonis hominibus inferiores: non ergo eis debetur latrie cultus. ¶ Manifestuʒ est ergo ex dictis q latrie cultus soli vni summo deo debetur.

¶ Hic est qd dicitur. Exo. 22. (Qui immolat diis occidet ꝑter domino soli). & Deut. 6. (Dominū deum tuū adorabis & illi soli seruies). & Ro. i. dicit. de gētilibus. (Dicētes enim se esse sapientes: stulti facti sunt & mutauerunt gloriaʒ incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis & volucruʒ & quadrupedū & serpentū). & infra. (Qui cōmutauerūt veritatē dei in mendatiū & coluerunt & seruierūt creature potiusq̄ʒ creatori qui super omnia deus benedictus in secula). ¶ Quia ergo indebituʒ est q latrie cultus alteri exhibeatur q̄ʒ primo rerū principio. ad indebita aūt incitare non est nisi rōnalis creature male disposite. manifestuʒ est q ad predictas indebitas culturas instinctum demonū homines prouocati fuerunt qui se ēt loco dei hominibus colendos exhibuerūt diuinuʒ appetentes honorem. ¶ Hinc est qd dicitur

Auc. a. scriptu. Correm

Ps ad cor. in.ps.(oēs dii gentiū demonia).r.i.Corin. io.(que imolāt gētes demōiis r nō deo). q2 igit est principalis legis diuine intentio vt hō deo subdat r ei singularē reuerentiā exhibeat nō solū corde:sed ēt ore r ope corporali. ideo primitus Exo.20.vbi lex diuina proponit:interdicit cultus pluriū deorū vbi dr.(nō habebis deos alienos corā me r nō facies tibi scultile neq₃ oēm similitudinē).scdo indicit homini ne irreuerenter diuinū nomē ore pronunciet ad cōfirmationē.s.alicuius falsi r hoc est qd dr.(nō assumes nomē dei in vanū).tertio indicit reges sm aliquod tēpus ab exterioribus exerciis vt mens diuine contēplationi vacet.r iō dr.(memēto vt diē sabbati sanctifices).

Q₃ diuina lex ordinat hoīem sm rōnem circa corporalia r sensibilia. 121.




Sicut autē per corporalia r sensibilia mēs hominis eleuari pōt in deū. si quis enim reuerētia dei debito modo vtatur:ita ēt corp indebitus vsus mentē vel a deo totaliter abstrahit:dū in inferioribus rebus constituit voluntatis finis: vel mētis intentionē a deo retardant dū vltra q₃ nesse sit ad hmōi res afficimur: est autē diuina lex ad hoc principaliter data. vt homo adhereat deo.pertinet igitur ad legem diuinam ordinare hominem circa corporalium r sensibilium affectionem r vsum.

2 Adhuc sicut mens hominis ordinatur sub deo.ita corpus sub aia ordinant. r inferiores vires sub rōne.pertinet aūt ad diuinā prouidentiā cuius gdē rō homini a deo proposita diuina lex est vt singula suū ordinē teneāt.ē igit sic hō ordinād⁹ lege diuina vt interiores vires rōni subdant r corp⁹ aie r exteriores res ad necītatē hōi deseruiāt.

3 Amplius quelibet lex recte proposita inducit ad virtutem.virtus aūt in hoc consistit:q tam interiores affectiones q₃ corporalium rerum vsus ratione regulentur. est igitur hoc lege diuina statuendum.

4 Preterea ad vnūquēq₃ legislatorem ptinet ea lege statuere sine quib⁹ lex obseruari non potest:cum aūt lex rationi proponatur:homo legem nō sequeretur nisi alia omnia.que pertinent ad hominem rationi subderentur:pertinet igitur ad legē diuinaz precipere:vt oia que sunt hominis rōni subdantur. Hinc est qd dicit Ro.12.(rōnabile obsequiū vestrū).r.i.Thess.4.(hec est volūtas dei:sāctificatio vestra). Auc.s. scriptu. Per hoc autē excluditur quorūdam error dicentium illa solum esse peccata quibus proximus aut offenditur aut scandalizatur. Exclu° erro.

Qua ratione fornicatio simplex secundū legem diuinam sit peccatum: r quod matrimonium sit naturale. 122.



Ex hoc autem apparet vanam esse rōnē quorūdam dicentium fornicationem simplicē nō eē peccatuz. Dicunt enim sic. Aliqua mulier a viro soluta que sub nullius potestate vel patris vel alicuius alterius existat: si quis ad eaz accedat ea volente:nō facit illi iniuriam.q2 sibi placet:r sui corporis hz potestatez.r alteri non facit iniuriam:q2 sub nullius potestate eē ponit:nō videt igitur eē peccatum. opi.erronea. Non aūt videtur eē responsio sufficiens si quis dicat q facit iniuriam deo. nō eniz deus a nobis offenditur:nisi ex eo q cōtra nostrum bonum agimus.(vt dictū est). hoc aūt non apparet contra hominis bonum. vnde ex hoc nō videtur deo aliqua iniuria fieri. Similiter etiam nō videtur sufficiens responsio q per hoc fiat iniuria proximo qui scandalizatur. Cōtingit.n. de aliquo qd secundum se nō est peccatum aliquem scadalizari.r sic fit peccatum per accidens.nunc aūt nō agimus. an fornicatio simplex sit peccatum per accidens: sed per se. Oportet igitur ex superioribus solutionem inquirere. iprobā° opi. Dictum est eniz q deus vniuscuiusq₃ curam habet.secundum id quod est ei bonum.est aūt bonum vniuscuiusq₃ q finē suum consequatur: malum autem eius est qd a debito fine diuertat:sicut aūt in toto.ita r in partibus considerari.o₃ vt scilicet vnaqueq₃ pars hominis r quilibet actus eius finem debitum sortiat: semen aūt r si sit supfluū q₃tū ad indiuiduī conseruationē.est tn necessariū q₃tū ad propagationē spēi.alia \vo supflua: vt egestio vrina sudor r silia ad nihil necessaria sūt.vñ ad bonū hominis ptinet solū q emittant:

nō solū aūt hoc reqrit in semīe. sed vt emittatur ad generatōis vtilitatē ad quā coitus ordinatur. frustra aūt eēt hominis generatio: nisi & debita nutritio sequeref. q2 generatū nō remaneret debita nutritōe subtracta. Sic igit ordinata debet eē seminis emissio. vt sequi possit & generatio cōueniens & geniti educatio. ¶ Ex quo p3 q2 cōtra bonū hominis est ois emissio seminis tali modo: q2 generatio sequi nō posset. & si ex ppo sito hoc agat. o3 eē peccatū. ¶ Dico autē modū ex quo generatio sequi nō pōt scdm se: sicut ois emissio seminis sine nāli cōiunctione maris & femine. ppter qd hmōi peccata cōtra nām dicunf. ¶ Si aūt per accidens generatio ex emissione seminis sequi nō posset. hoc nō est cōtra nām nec peccatum: sicut si contingat mulierē sterilem eē. ¶ Similiter ēt o3 contra bonū hominis esse. si semē taliter emittat q2 generatio sequi posset. sed educatio cōueniens impediatur. ¶ Est enim cōsiderandū q2 in aialib9 in quibus sola femina sufficit ad prolis educationē. mas & femina post coitū nullo tpe cōmanent. sicut p3 in aialibus. Quecūque vero aialia sunt in quibus femina nō sufficit ad educationē prolis. mas & femina simul post coitū cōmanent quousq3 necessariū est ad prolis educationē & instructionē. sicut p3 in quibusdā auibus. quo2 pulli nō statim postq3 nati sunt. pūt cibū sibi querere. cū enim auis nō nutriat lacte pullos q2 in promptu est velut a natura preparatū sicut in quadrupedibus accidit. sed o3 q2 cibum alienū pullis querat & pter hoc in cibando eos foueat. nō sufficeret ad hoc sola femella. vnde ex diuina puidētia est nāliter inditū mari in talibus aialibus. vt cōmaneat femelle ad educationē fetus. manifestū est aūt q2 in spē humana femia minime sufficeret sola ad prolis educationē cu3 necessitas humane vite multa requirat q per vnū solū parari nō pūt. est igitur cōueniēs fm nām humanā vt hō post coitū mulieri cōmaneat & nō statim abscedat indifferenter ad quācūq3 accedēs. sicut apud fornicantes accidit. ¶ Nō aūt huic rōni obstat q2 aliqua mulier suis diuitiis potēs est. vt sola nutriat fetū: q2 rectitudo nālis in humanis actibus nō est fm ea q p accidens cōtingunt in vno individuo. sed fm ea q totam speciē cōsequunf. ¶ Rursus considerandū est q2 in specie humana proles nō indiget solū nutritione quātū ad corpus vt in aliis aialibus. sed etiā instructōe quantum ad aia3. nā alia aialia habēt naturaliter suas prudentias: quibus sibi prouidere pūt. hō aūt rōne viuit: quā per longi tēporis experimentū ad prudētiā peruenire o3. vnde necesse est vt filii a parētibus quasi iam expertis instruanf. nec hmōi instructiōis sūt capaces mor geniti. sed post longū tempus & pcipue cū ad annos descriptōis peruenīunt. ¶ Ad hanc ēt instructionē longū tempus requirif. & tunc ēt ppter ipetus passionū quibus corrūpif estimatio prudētie indigent nō solū instructōe. sed ēt repressione ad hoc aūt mulier sola nō sufficit. sed magis in hoc requirif opus maris in quo est & rō pfectior ad instruēdū & virtus potentior ad castigādū. o3 igif in spē humana non p paruū tēpus insistere promotiōi prolis sicut in auibus. sed p magnū spaciū vite. vnde cū necessariū sit marē femine cōmanere in oib9 aialib9 quousq3 opus patris necessariū est proli. nāle est homini q2 nō ad modicū tēpus. sed diuturnā societatē habeat vir ad determinatā mulierē. hanc aūt societatē matrimoniū vocamus. ¶ Est igif matrimoniū homini nāle & fornicarius coitus q est pter matrimoniū est cōtra hominis bonū. & pp hoc oportet ipsū eē peccatū. ¶ Nec tamē o3 reputari leue peccatū eē: si qs seminis emissionē pcuret pter debitū generatiōis & educatiōis finē: pp hoc q2 aut leue aut nullū peccatū est. si qs aliq3 sui corporis parte vtaf ad aliū vsum q3 ad eu3 ad quē est ordinata fm nām. vt si qs verbi grā manib9 ambulet. aut pedib9 opef aliqd manib9 operandū. q2 p hmōi inordinatos vsus bonū hominis nō multū ipedif. inordinata vero seminis emissio repugnat bono nāe. qd est cōseruatio spēi. vñ post peccatū homicidii quo nā humana iā in actu existēs destruif. hmōi genus peccati vr fm locū tenere quo ipedif gñatio humane nāe. ¶ Hec aūt q pmissa sūt diuina auctoritate firmā tur. ¶ Q3. n. emissio seminis ex q proles sequi nō pōt. sit illicita p3. dr. n. Leuit. 18. (Cū masculo nō cōmiscearis coitu femineo. &

Auc. scriptu.

cū oī pecore non coibis).⁊.i.Cor.6.(Ne que molles neq; masculoꝝ ꝯcubitores regnū dei possidebūt). Ex quo et fornicatio ⁊ omnis coitus pter ꝓpriā vxorē fit illicitus ps. Dñ.n.Deutero.23.(Nō erit meretrix de filiab⁹ israel:neq; scortator de filiis isrl).⁊ Tobie.4.(Attēde tibi a fornicatōe: ⁊ pter vxorē tuā nō patiaris ⁊c.).⁊.i.Cor.6.(Fugite fornicationē ⁊c.). Per hoc aūt excludit error dicētiū in emissiōe seminis nō eē maius peccatū q̄ in aliaꝝ supfluitatum emissiōe.⁊ dicētiū fornicatōez nō eē pctm.

Exclu° erro.

Q; matrimonium debeat esse indiuisibile. 133.



Si quis aūt recte cōsideret: pdicta rō nō solū ad hoc pducere vr vt societas maris ⁊ femie q̄ matrimoniū appellamus sit diuturna.sed et q̄ sit p totā vitā. Possessiōes.n.ad cōseruatiōnē nālis vite ordinantur.⁊ q; nālis vita q̄ cōseruari nō pōt in patre ppetuo q̄si qdā successiōe sm spēi similitudinē ꝯseruaē in filio sm nām:est cōueniēs vt in his q̄ sūt patris succedat ⁊ fili⁹. nāle est igit vt solicitudo patris ad filiū manet vsq; ad finē vite sue. Si igit solicitudo patris de filio.cāt et in auibus cōmanētiā maris ⁊ femine:ordo nālis regrit q̄ vsque ad finē vite in hūana spē mr ⁊ pr simul cōmaneāt. Videt et eqtati repugnare.si pdicta societas dissoluat. Femina.n.indiget mare nō solū pp generationē sicut in aliis aialib⁹.sꝫ et pp gubernationē.q; mas est ⁊ rōne pfectior ⁊ virtute fortior: mulier vero ad viri societatē assumit pp necessitatē generationis. Cessante igit fecūditate mulieris ⁊ decore ipedit ne ab alio assumat. Si qs igit mulierē assumēs tpe iuuentutis q̄ ⁊ decor ⁊ fecūditas ei adsūt eā dimittere posset postq̄ etate ꝓuecta fuerit:damnū inferret mulieri cōtra naturalē equitatem.


2 Itē manifeste apparet incōueniens.si mulier viꝝ dimittere posset:cū mulier nālr viro subiecta sit tanquā gubernatori.nō est aūt in potestate eius q alteri subiicit. vt ab eius regimie discedat.ꝯtra nālē igit ordinē eēt.si mulier viꝝ deserere posset:si g̃ vir deserere posset mulierē nō eēt eq̄ societas viri ad mulierē.sꝫ seruit⁹ qdā ex pte mulieris.

3 Preterea nālis qdā solicitudo inest hominibus de certitudie ꝓlis.qđ pp hoc necessariū est.q; fili⁹ diuturna patris gubernatōe indiget. Quecūq; igit certitudinē ꝓlis ipediūt sūt ꝯtra nālē instinctū humane spēi.si aūt vir posset mulierē dimittere vel mulier viꝝ ⁊ alteri copulari ipediret certitudo ꝓlis. dū mulier a primo cognita postmodū a scđo cognosceret.est igit cōtra nālē instinctū spēi hūane q̄ mulier a viro separet.sic igit nō solū diurnū.sꝫ idiuiduā ꝯꝫ eē in hūana spē maris ⁊ femine ꝯiūctionē.

4 Amplius amicitia quāto maior ē tanto dꝫ eē firmior ⁊ diuturnior: inter viꝝ aūt ⁊ vxorē maxia amicitia eē vr. adunant eni nō solū in actu carnalis copule. q̄ et inter bestias quādā suauē amicitiā facit.sꝫ ad totius domestice cōuersatōis cōsortiū. vñ in signū huius hō pp vxorē ⁊ patrē ⁊ matrē dimittit. (vt vr Gen.2.). incōueniēs est igit q̄ matrimonium sit oino dissolubile.

Vlterius aūt cōsiderādū est q̄ inter nāles actus sola generatio ad bonū cōmune ordinat:nā comestio ⁊ aliaꝝ superfluitatū emissio ad indiuiduum pertinent: generatio vero ad conseruationem speciei. vnde cum lex instituatur ad bonum cōmune: ea que pertinent ad generationē prolis oportet legibus ordinari ⁊ diuinis ⁊ humanis. leges autem posite oportet q̄ ex naturali instinctu procedant si humane sunt sicut ⁊ in scientiis demonstratiuis omnis humana inuentio ex principiis naturaliter cognitis initium sumit:si autem diuine sunt.non solum instinctum nāe explicant. sed et defectus nālis instinctus supplent. sicut ea que diuinitus reuelant superant nālis ratiōis capacitatē. Cū igit instinctus nālis sit in spē humana ad hoc q̄ coniunctio maris ⁊ femine sit indiuidua.⁊ q̄ sit vna vni⁹.oportuit hoc lege hūana ordinatū eē.lex autem diuina supernālē quandā rōnem apponit ex significatione inseparabilis cōiunctiōis xp̄i ⁊ ecclesie:si est vna vnius. Sic igit inordinatōes circa actū generatōis nō solū instinctui naturali repugnāt: sꝫ et leges diuinas ⁊ hūanas trāsgrediunt. vñ ex hoc etiā magis circa hoc peccat ex inordinatōe q̄ circa sumptionē cibi aut alterius hmōi. Quia vero necesse est ad id quod est


optimū in homine alia oia ordinari cōiun-
ctio maris ⁊ femine nō solū sic est ordinata
legibus ſm ꝙ ad prolē generādā ptinet. vt
est in aliis aialibus. sed ēt ſm ꝙ cōuenit ad
bonos mores: quos rō recta disponit vel
quātū ad hominē ſm se. vel ſm ꝙ homo ē
pars domestice familie aut ciuilis societa-
tis. ad quos qdē bonos mores ptinet indi-
uidua cōiunctio maris ⁊ femine. sic enim
fidelior amor vnius ad alterꝫ erit dū cogno
scunt se indiuisibiliter cōiunctos ¶ Erit ēt
vtriusqꝫ solicitior cura in rebus domesticis
dū se perpetuo cōmansuros in earūdē rerꝫ
possessione estimant. ¶ Subtrahunt̄ ēt ex
hoc discordiarꝫ origines quas oporteret ac
cidere. si vir vxorē dimitteret inter eū ⁊ ꝓ-
pinquios vxoris: ⁊ firmior inter affines di-
lectio ¶ Tollunt̄ ēt adulteriorū occasiōes
que dareꝰ si vir vxorē dimittere posset aut
econuerso. per hoc. n. dareꝰ via facilior soli-
citādi matrimonia aliena. ¶ Hinc est qd̄
Auc.s. dr̄ Mat. 19. ⁊ i. Cor. 7. (ego aūt dico vo-
scriptu. bis vxorē a viro nō discedere). ¶ Per h°
Ecclu° aūt excludiꝰ cōsuetudo dimittentiū vxores:
erro. qd̄ tñ in veteri lege pmissum fuit iudeis ꝓ
pter eorꝫ duritiā. q: s. proni erant ad occisio
nem vxorꝫ. ¶ Permissum ergo fuit min⁹
malum ad excludendum maius malum.
¶ Q: matrimonium debeat esse vnius ad
vnam. 124.



Onsiderādū aūt videt̄ ꝙ innatū est menti-
bus omniū animaliū q̄ coitu
vtuntur cōsortiū in cōpari nō
cōpatiunt̄. vnde pp coitū: pugne in animali
bus existunt: ⁊ quidē quantū ad oia anima
lia est vna cōmunis ratio q: quodlibet ani
mal desiderat libere frui voluptate coitus
sicut ⁊ voluptate cibi q̄ quidē libertas im-
peditur per hoc ꝙ ad vnā plures accedant
aut ecōuerso. sicut in libertate cibo fruendi
impediꝰ aliqd̄ aial si cibū quē ipsum sume
re cupit aliud animal vsurpet. ⁊ ideo simili
ter pp cibum ⁊ pp coitū aialia pugnant.
¶ In hominibus aūt est ratio spiritualis
q: (vt dictū est). hō nāliter desiderat cer
tus eē de prole: q̄ qdē certitudo oino tolle-
retur si plures eēnt vnius. Ex nāli igiꝰ in-
stinctu procedit ꝙ sit vna vnius. ¶ Sed
in hoc differentia cōsideranda est. quantuꝫ
enim ad hoc ꝙ vna femina a pluribus ma
ribus nō cognoscaꝰ: vtraqꝫ p̄dictarꝫ ratio-
num concurrit: sed quantū ad hoc ꝙ vnus
mas plures feminas nō cognoscat. nō fa-
cit ratio secunda: nō enim certitudo prolis
impeditur si vnus mas plures feminas co
gnoscat. facit aūt cōtra hoc ratio pria. nā si
cut libertas vtendi femina tollitur a mare
si femina habeat aliū. ita ⁊ eadē libertas a
femina tolliꝰ si mas habeat plures. ⁊ ideo
q: certitudo prolis est pricipale bonū ꝙ ex
matrimonio queriꝰ: nulla lex aut cōsuetu-
do humana permisit ꝙ vna esset plurium
vxor. ¶ Fit etiam hoc inconueniens repu lib° 2°
tatum apud antiquos romanos de quib⁹ de me-
refert. (Valeri⁹ maxim⁹). ꝙ credebāt nec morabi
pp sterilitatē fidē cōiugalē debere dissolui. libus di
2 ¶ Item in omni animalis specie in quo ctis
patri inest aliqua solicitudo de prole: vnus cap° p°
mas non habet nisi vnam feminam: sicut
patet in omnibus auibus que simul nutri-
unt pullos. nō. n. sufficeret vn⁹ mas auxiliū
p̄stare in educatōe prolis plurib⁹ feminis.
In animalibus aūt in quibus marib⁹ nul-
la est solicitudo de prole indifferenter mas
habet plures feminas ⁊ femina habet plu-
res mares sicut in canibus gallinis ⁊ hui⁹:
cum autem masculo inter omnia anima-
lia sit magis cura de prole in specie huma
na. manifestum est ꝙ naturale ē homini ꝙ
vnus mas vnā feminā habeat ⁊ ecōuerso.
3 ¶ Adhuc amicitia in qdā eqlitate ꝯsistit.
si igiꝰ mulieri nō lꝫ hr̄e plures viros q: hoc
est cōtra certitudinē prolis: liceret aūt viro
hr̄e plures vxores. nō eēt liberalis amicitia
vxoris ad virū. sed q̄si seruilis. ⁊ hec ēt ra-
tio experimēto cōprobaꝰ. q: apd̄ viros hn̄tes
plures vxores: vxores q̄si ancille hn̄tur.
4 ¶ Preterea amicitia intensa nō habeꝰ
ad multos. (vt pꝫ p phm in. 8. ethicorꝫ). si cap° 5°
igiꝰ vxor hꝫ vnū virꝫ tm̄. vir aūt hꝫ plures
vxores nō erit eqliꝰ amicitia ex vtraqꝫ pte:
nō igiꝰ amicitia liberaꝰ. sꝫ qdāmō seruilis.
5 ¶ Amplius sicut dictū est matrimoniuꝫ
in hominibus oꝫ ordinari sꝫ ꝙ cōpetit ad
bonos vxores. est aūt cōtra bonas vxores
ꝙ vnus hēat plures vxores. q: ex hoc cōse-
quitur discordia in domestica familia: vt ex
perimēto pꝫ. nō est igiꝰ cōueniens: ꝙ vnus

163

Auc.s. bonio habeat plures vxores. ¶ Hic est q
scriptu. dicitur Gen.2.(Erūt duo in carne vna).
Erclu° ¶ Per hoc aūt excludit cōsuetudo haben
erro. tiū plures vxores ꝛ opinio. Platonis q po
Plo in suit vxores debere eē cōes. quē in noua lege
lib° 4° secut⁹ est Nicolaus vn⁹ ex septē diaconib⁹.
ꝛ 5° de ¶ Q² matrimonium nō debeat fieri inter
repu^ce ꝓpinquos. 125.



Ropter hmōi etiā cās rōnabiles ordinatū est legib⁹ q cer te persone a matrimonio ex cludant q̄ s3 originē sunt cōiū cte. ¶ Nā cū in matrimonio fit diuersaꝝ personaꝝ cōiunctio. ille ꝑsone q̄ debēt se re putare quasi vnū ꝓp eādē originē ꝯuenien ter a matrimonio excludūt. vt dū se ꝑ hoc vnū eē recognoscūt. feruētius se diligant.

2 ¶ Itē cū ea q̄ inter viꝝ ꝛ vxorē agūt. quā dā nalē verecundiā hāt ab his mutuo agen dis illas personas prohiberi oportuit. qbus propter cōiunctionē sanguinis reuerentia debet. q̄ qdē rō videt in veteri lege iducta. propter hoc q dr. Turpitudinē sororis tue non discooperies. ꝛ similiter de alijs.

3 ¶ Preterea ad corruptionē bonoꝝ moꝝ pertinet q hoīes sint nimis dediti volupta tibus coitus. q² cū hec voluptas maxime mentē absorbeat impediret rō ab his que recte agenda eēnt. Sequeret aūt nimius voluptatis vsus. si liceret homini per coitū cōiungi illis personis qbus cōmorandi h3 necessitatē sicut sororibus ꝛ aliis propinqs. q² talibus occasio coitus subtrahi nō pos set. Conueniens igitur fuit bonis moribus vt talis cōiunctio legibus inhiberetur.

4 ¶ Adhuc declaratio coitus maxime cor
6°pbm rumpit estimationē prudētie. ¶ Multipli
63 ethi. catio igit talis declaratōis repugnat bōis
cap° 6° moribus. talis aūt declaratio auget ꝑ amo rem personaꝝ q̄ cōiungunt. Esset igit con trariū bonis moribus propinquis cōiungi q² in eis cōiungeret amor qui est ex cōione originis ꝛ cōnutritōe amore cōcupiscentie. ꝛ multiplicatio amore necesse ē magis ani mam delectationibus subdi.

5 ¶ Amplius in societate humana hoc est maxime necessariū vt sit amicitia iter mul tos. multiplicat aūt amicitia inter homies dū persone extrane per matrimonia colli gantur. cōueniens fuit igit legibus ordinari q matrimonia ꝯtraherent cum extraneis personis ꝛ non cū propinquis.

6 ¶ Adhuc inconueniens est vt illis perso nis aliquis socialiter coniungatur. quibus nāliter debet eē subiectus. nāle aūt est qđ aliquis parentibus sit subiectus. ergo incō ueniens eēt q cū parentibus aliquis ma trimoniū contraheret. cū in matrimonio sit quedā coniunctio socialis. ¶ Hinc est Auc.s.
qđ dicitur Leuit.18.(Omnis hō ad proxi scriptu.
mam sanguinis sui nō accedat). ¶ Per Erclu°
hoc aūt excluditur cōsuetudo eoꝝ. qui pro erro.
pinquis suis se carnaliter cōmiscēt. ¶ Sci endū est aūt q sicut nālis inclinatio est ad ea que sunt: vt in pluribus. ita ꝛ lex posita est scđm id qđ in pluribus accidit. ¶ Nō est aūt predictis rōnibus contrariū si in ali quo aliter possit accidere. nō enim ꝓp bo nū vnius debet ꝑtermitti bonū multoꝝ. cū bonū multitudinis semꝑ sit diuinius q̄3 bo nū vnius. ¶ Nec tn̄ defectus q in aliquo possit accidere oīno absq3 media remane at. residet apud legislatores ꝛ eis similes au ctoritas dispēsandi in eo qđ cōiter est statu tū. sm q est necessariū in aliquo casu parti culari. ꝛ si qdē lex sit humana ꝑ hoīes simi lē potestatē habētes dispēsari pōt. si aūt lex sit diuinitus posita auctoritate diuina di spēsatio fieri pōt. sicut in veteri lege ex di spēsatiōe indultum videtur vxores plures habere ꝛ concubinas ꝛ vxoris repudium.

¶ Q² non omnis carnalis commixtio est peccatum. 126.



Icut autem cōtra rationē est vt aliqs car nali cōiunctōe vtat cōtra id qđ cōuenit proli generādē ꝛ educādē. ita etiā sm rationē est qđ aliquis carnali coniunctōe vtat sm q cōgruit ad generationē ꝛ educationē ꝓlis. ¶ Lege au tē diuina hec solū ꝓhibita sūt q̄ rōni aduer sant. (vt ex supradictis p3). icōueniēs ē igit dicere q oīs carnal ꝯiūctio sit peccatum.

2 ¶ Adhuc cū mēbra corporis sint quedā aie instrā. cuiuslibet mēbri finis est vsus ei⁹ sicut ꝛ cuiuslibet alterius instri. quorūdam aūt mēbroꝝ corporis vsus est carnalis cō mixtio. carnalis igit cōmixtio est finis quo

cundā mēbroꝝ corporis:id aūt qđ est finis aliquarū naturaliū rerū nō pōt eē ƀʒ se ma lū.q: ea que naturaliter sunt ex diuina pro uidētia ordinant ad finē. (vt ex supradictis patet).impossibile est igitur ꝙ carnalis cō mixtio sit secundum se mala.

3 ¶Amplius naturales inclinatiões insūt rebus a deo qui cūcta mouet. impossibile est igit ꝙ naturalis inclinatio alicuius spēi sit ad id qđ est secundū se malū. sed oībus aialibus perfectis inest naturalis inclinatio ad coniunctionē carnalē.impossibile est igi tur ꝙ carnalis cōmixtio sit fm se mala.

4 ¶Itē illud sine quo nō pōt eē aliquid ꝙ est bonū ē optimū nō est fm se malū.sed ꝑ petuitas speciei nō conseruat in aialib⁹ nisi per generationē:que ē ex cōmixtiōe carna li.impossibile est igit ꝙ cōmixtio carnalis

Auc.s. scriptu. sit fm se mala. Hic est qđ dicit.i.Cor. 7.(Mulier nō peccat si nubat). Per

ēt ostēsū est). q nulla subā pōt causare:sed
solus deus:sed dei filius iesus christus est
cā angeloꝝ eos increē producēs.¶ Dicit.n.
apostolus.(Siue throni siue dominatiōes
siue principat⁹ siue potestates oia p ipsū τ ī
ipso creata sūt).ipe igi fili⁹ nō est creatura.
16 ℭ Preterea cū propria actio cuiuslibet
rei sequat nāȝ ipsius : nulli cōpetit propria
actio alicuius rei cui nō cōpetit illius rei
nā.qd.n.nō hȝ humanā spēȝ. nec actionem
humanā hr̄e pōt. proprie aūt actōes dei cō
ueniunt filio sicut creare.(vt iaȝ ostensum

est). continere ꝛ conseruare oia inesse ꝛ peccata purgare: ꝙ est propriũ ipsius dei. (vt ex superioribus p3). dicit aũt de filio ad Col. primo. (ꝙ oia in ipso constant). ꝛ ad Hebre. primo. (dicit ꝙ portat oia verbo virtutis sue purgationẽ peccatorũ faciens). filius igit dei est nature diuine ꝛ nõ est creatura.

Rõ Arriani ¶ Sed qꝛ posset Arrianus dicere ꝙ hoc filius facit nõ tãquã principale agens. sed sicut instrumentũ principalis agẽtis qḋ per propriã virtutẽ nõ agit. sed solũ per virtutẽ

īprobaᵒ principalis agentis. ¶ Hanc positionem dñs excludit Joan. 5. dicens. (Quecunq3 eni3 ille fecerit hec ꝛ filius similiter facit). sicut igit pater per se operat ꝛ propria virtute. ita ꝛ filius. ¶ Vlterius et ex hoc verbo cõcludit ꝙ sit eadẽ virtutis ꝛ potestas filii ꝛ patris. nõ solũ. n. dicit ꝙ filius similiter operat. Sed ꝙ eadẽ operat filius sicut ꝛ pater. ꝛ similiter idẽ aũt nõ põt eẽ operatũ eodẽ mõ a duobus agentibus nisi dissimiliter. sicut idẽ fit a principali agente ꝛ instrumento. vel similiter o3 ꝙ cõueniant in vna virtute que quidẽ virtus quãdoq3 cõgregat ex diuersis virtutibus in diuersis agentibus inuentis. sicut p3 in multis trahentibus nauẽ. omnes. n. similiter trahunt ꝛ qꝛ virtus cuiuslibet imꝑfecta est ꝛ insufficiens ad istũ effectũ. ex diuersis virtutibus congregat vna virtus oium que sufficit ad trahendũ nauẽ. hoc aũt nõ põt dici a patre ꝛ filio. virtus enim dei patris nõ est imperfecta. sed infinita. (vt in primo ostẽsũ est). oportet igitur ꝙ eadẽ numero sit virtus patris ꝛ filii. ꝛ cũ virtus sequatur natura3 rei oportet ꝙ eadẽ numero sit natura ꝛ essentia patris ꝛ filii. qḋ etiã ex precedentibus cõcludi põt. nã si in filio ẽ natura diuina. (vt multipliciter ostensum est). cũ natura diuina multiplicari nõ possit. (vt in primo lib. ostensum est). sequitur de necessitate ꝙ sit eadẽ numero nã ꝛ essentia in patre ꝛ filio.

17 ¶ Itẽ vltima nostra beatitudo in solo deo est in quo etiã sola spes hominis dẽt poni ꝛ cui soli est honor latrie exhibendus

mᵒ. i2o. Jo. (vt in tertio est ostensum). beatitudo autẽ nostra in dei filio est. dicit. n. Jo. 17. (Hec est vita eterna vt cognoscant te). scilicet patrẽ. (ꝛ quẽ misisti iesum christũ). ꝛ primo Jo. vltimo dicit de filio. (ꝙ est verus deus ꝛ vita eterna). certũ est aũt nomine vite eterne in scripturis sacris vltimã beatitudinẽ significari. dicit enim Jsaias de filio (Isa.) vt apostolus inducit. (Erit radix iesse ꝛ g etur. re. ge. in eo gentes sperabunt). dicitur enim in ps. (Et odorabunt eũ oẽs reges. (Ps.) oẽs gentes seruiẽt ei). ꝛ Jo. 5. dicit. (oẽs honorificẽt filiũ sicut honorificãt patrem). ꝛ iterũ in ps. dicit. (Adorate eũ oẽs angeli eius). qḋ de filio apostolus introducit Hebreorũ primo. (Manifestũ igit filiũ dei verũ deũ eẽ. ¶ Ad hoc ẽt ostendẽdũ valẽt ea que superius cõtra Fotinũ inducta sunt ad ostendẽdũ christũ deũ eẽ nõ factũ sed ve. qḋ ad idẽ valent q̃ i ca. 4ᵒ ¶ Ex premissis igit ꝛ consimilibus sacre scripture documẽtis ecclesia catholica docta christũ verũ ꝛ naturalẽ dei filiũ confitetur coeternũ patri ꝛ equalẽ ꝛ verũ deũ eiusdẽ essẽtie ꝛ nature cũ patre genitũ nõ creatũ nec factũ. Vnde p3 ꝙ sola ecclesie catolice fides vere confitet generationẽ in deo dũ ipsam generationem filii ad hoc refert ꝙ filius accepit diuinam natura3 a patre. Snia Catho.

¶ Alii vero heretici ad aliquam extraneam naturam hanc generationem referunt. discrepãtia inter here siarcas ¶ Fotinus quidem ꝛ Sabellius ad humanam. ¶ Arrius autem non ad humanam sed ad quandam naturam creata3 digniorem ceteris creaturis. ¶ Differt etiã Arrius a Sabellio ꝛ Fotino ꝙ huiusmodi generationem predictam asserit ante mundũ fuisse. illi vero eam fuisse negant ante natiuitatem ex virgine. ¶ Sabellius tamen a Fotino differt in hoc ꝙ Sabellius christũ verum deum confitetur ꝛ naturalem: non autem Fotinus. sed neq3 Arrius. sed Fotinus purũ hoie3. Arrius aũt q̃si cõmixtũ ex q̃dã excellẽtissima creatura diuia ꝛ hũana hi aliã eẽ psonã patris ꝛ filii ɔfitẽt. qḋ Sabellius negat. ¶ Fides ẽ catholica media via icedẽs ɔfitet cũ Arrio ꝛ Fotino ɔ̃ Sabelliũ aliã psonã patris ꝛ filii: ꝛ filiũ genitũ. patrẽ vo oino igenitũ. ¶ Cũ Sabellio vero ɔ̃ Fotinũ ꝛ Arriũ xpm verũ ꝛ nãlẽ deũ ꝛ eiusdẽ nãe cũ patre l3 nõ eiusdẽ psone. ¶ Ex q̃ ẽt iudiciũ Veritatis catholice sumi põt. nã Vo vt pho. dic ẽt falsa testat. falsa vero nõ solũ a veris. sed ẽt adinuicẽ distant.

¶ Solutio ad auctoritates quas Arrius pro se inducebat. 8.

vs ca.6.



Quia vero veritas veritati contraria esse non potest: manifestum est ea que ex scripturis veritatis ab arrianis introducta sunt ad suum errorem confirmandum. eorum sententie accommoda non esse. Cum enim

ca° 2° c 3°

(ex scripturis diuinus ostensum) sit patris et filii eandem numero essentiam esse et naturam diuinam secundum quam vterque verus dicitur deus: oportet patrem et filium non duos deos. sed vnum deum esse. Si enim plures dii essent oporteret per consequens diuinitatis essentiam in vtroque partitam esse sicut in duobus hominibus est alia et alia humanitas numero. et precipue cum non sit aliud diuina natura et aliud ipse deus. (vt supra ostensum est). Et quo de necessitate consequitur q existente vna natura diuina in patre et filio q sint pater et filius vnus deus licet ergo et patrem confiteamur deum: et filium deum. non tamen recedimus a sententia que ponitur vnus solus deus quam. (in primo). et rationibus et auctoritatibus firmauimus.

ca° 22° pri.lib.

ca. 43. Unde et si sit vnus solus deus: tamen hoc et de patre et de filio predicari confitemur. Cum ergo dominus ad patrem loquens dicit. (vt cognoscant te solum deum verum). non sic intelligendum est q solus pater sit verus deus. quasi filius non sit verus deus: quod tamen manifeste scripture testimonio probatur. sed q illa que est vna sola vera deitas patri conueniat. ita tamen q non excludatur inde et filius: vnde signanter non dixit dominus. (vt cognoscant te solum verum deum). quasi solus ipse sit deus: sed dixit. (vt cognoscat te). et addidit. (solum deum verum). vt ostenderet patrem cuius se filium potestabatur esse deum in quo inuenitur illa que sola est vera diuinitas. Et quia oportet verum filium eiusdem nature esse cum patre: magis sequitur q illa que sola est vera diuinitas filio conueniat quam ab ea filius excludatur. Unde et Joannes pe in fine sue canonice quasi hec verba domini exponens vtrunque istorum vero filio attribuit que hic dominus dicit de patre scilicet quod sit verus deus et q in eo sit vita eterna dicens. (vt cognoscamus verum deum et simus in vero filio

R° ad pam auctoritatem

Joh.

eius: hic est verus deus et vita eterna). Si tamen confessus esset filius q solus pater esset verus deus. non propter hoc a vera diuinitate filius excludi intelligendus esset: nam quia pater et filius sunt vnus deus. (vt ostensum est). quicquid ratione diuinitatis de patre dicitur. idem est ac si de filio diceretur et econuerso. non enim propter hoc q dominus dicit Math. xi. (Nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius). vt intelligitur vel pater a sui cognitione excludi vel filius. Et quo etiam patet q vera filii diuinitas non excluditur ex verbis apostoli quibus dicit. (quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens: rex regum et dominus dominantium). non enim in his verbis pater nominatur. sed id quod est commune patri et filio. Nam q et filius sit rex regum et dominus dominantium: manifeste ostenditur Apocal. 19. vbi dicitur. (Uestitus erat veste aspsa sanguine. vt vocabatur nomen eius verbum dei). Et postea subditur. (et habet in vestimento et in femore suo scriptum. rex regum et dominus dominantium). Nec ab hoc quod subditur. (Qui solus habet immortalitatem). Excluditur filius. cum et sibi credentibus immortalitatem conferat. vnde dicitur Joh. xi. (Qui credit in me non morietur in eternum). Sed et hoc quod subditur. (quem nemo hominum vidit). Sed nec videre potest. certum est filio conuenire: cum dominus dicat Math. xi. (Nemo nouit filium nisi pater). Cui non obstat q visibilis apparuit. hoc enim secundum carnem: est factum est autem inuisibilis secundum deitatem sicut et pater. Unde apostolus in eadem epistola dicit. (Manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestum est in carne). nec cogit q hec de solo patre dicta intelligamus: quia dicit quasi oporteat alium esse ostendentem et alium ostensum. nam et filius seipsum ostendit. dicit enim ipse Joh. 14. (qui diligit me diligitur a patre meo: et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum). vnde et ei dicimus. (ostende faciem tuam et salui erimus). Quod autem dominus dicit. (pater maior me est). qualiter sit intelligendum apostolus docet cum enim maius referatur ad minus: oportet intelligi hoc dici de filio secundum q est minoratus. ostendit autem apostolus eum esse minoratum secundum assumptionem forme seruilis ita tamen q deo patri equalis existat secundum formam diuinam. Dicit

Math.

Apoc.

Jo.

R° ad 2am auctoritatem 3° ca°

Joh.

R° ad 3am auctoritatem

enim ad Phil.2.(Cū in forma dei eēt nō rapinā arbitratus est eē se equalē deo. sed semetipsum exinaniuit formā serui accipi-ens).nec est mirum si ex hoc pater eo ma-ior dicaf.cū etiā ab angelis eū minoratum apostolus dicat Hebreo.2.(eū inquit qui modico ab angelis minoratus est vidimus iesum propter passionē mortis gloria et ho-nore coronatū).Ex quo etiā patet q sʒ candē rōnē dr filius eē patri subiectus.s.se-cundū humanā naturā qd̄ et ipsa circūstā-tia littere apparet.premiserat enim aposto-lus.per hominē mors.et per hominē resur-rectio mortuorum.Et postea subiunxerat q vnusquisqʒ resurget in suo ordine primū christus:deinde hii qui sunt christi.Et postea addit.deinde filius cū tradiderit re-gnū deo et patri.Et ostēso quale sit hoc regnū qr.s.oʒ ei oia eē subiecta consequen-ter subiungit.(Cū subiecta illi fuerint oia: tūc ipse filius subiectus erit illi qui sibi sub-iecit oia).ipse ergo contextus littere osten-dit hoc de christo debere intelligi secunduʒ q est homo.sic enim mortuus est et resur-rexit.nā scd̄m diuinitatē cū oia faciat q̄ fac pr.(vt ostensum est).etiā ipse sibi subiecit
Phili. oia.Unde et apostolus dicit ad Phil.
3.(Saluatorē expectamus dominū iesum christū qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue se-cundū operationē qua possit sibi subiicere
R.° ad oia).Et eo aūt q pater filio dare dicif
aucto. in scripturis ex quo per scripturā sequif ip-
4° ad sum recipere.nō pōt ostēdi aliqua indigen
ductas tia eē in ipso.sed hoc requirif ad hoc q fili-us sit.nō eniʒ filius dici posset nisi a pr̄e ge-nitus esset.omne autem genitum a generā-te naturā recipit generātis.per hoc ergo q pater filio dare dicif.nihil aliū intelligif q̄ filii generatio secūdū quā pater dedit filio suā naturā.Et hoc ipsum ex eo qd̄ daf intelligi pōt.Dicit.n.dn̄s Jo.10.(Pa-ter qd̄ dedit mihi.maius oībus est).id au-tem qd̄ maius oībus est.diuina natura est in qua filius est patri equalis q ipsa verba domini ostendunt.premiserat.n.(q oues suas nullus de manu eius rapere posset). ad cuius probationē inducit verbū proposi-tum scilicet q id qd̄ est sibi a patre datum maius omnibus sit.et q de manu patris.

vt subiungit nemo rapere pōt.ex hoc sequi-tur q nec de manu filii.non autem sequere-tur nisi per id quod est sibi a patre datum esset patri equalis.Unde ad hoc clari-us explicandum subdit.(Ego et pater vnū sumus).similiter etiaʒ apostolus ad Phi-lipenses.2.dicit.(Et dedit illi nomē quod est super omne nomen vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum).nomen autem omnibus no-minibus altius quod omnis creatura vene-ratur.non est aliud q̄ nomē diuinitatis.ex hac ergo generationis datione generatio ipsa intelligitur secundum quaʒ pater filio veram deitatem dedit.Idem etiā ostē-ditur ex hoc q omnia sibi dicuntur esse da-ta a patre.non autem essent sibi data om-nia nisi omnis plenitudo diuinitatis que ē in patre esset in filio.Sic igitur ex hoc q si-bi patrem dedisse asserit se verum filium confitetur contra Sabellium.Ex ma-gnitudine vero eius quod datur patri se cō-fitetur esse equalem vt Arrius confunda-tur.Patet igitur q talis donatio indi-gentiam in filio non designat.non enim an-te fuit filius q̄ sibi daretur.cum generatio eius sit ipsa donatio.Neqʒ plenitudo dati hoc patitur vt indigere possit ille cui constat esse donatum.Nec obuiat pre-dictis q ex tempore filio pater dedisse legi-tur in scripturis.sicut dominus post resur-rectionem dicit discipulis.(Data est mihi omnis potestas in celo et in terra).et apo-stolus ad Phil.2.dicit.(q propter hoc de-us ipsum exaltauit et dedit illi nomē quod est super omne nomen).qr factus fuit obe-diens vsqʒ ad mortē: quasi hoc nomē non habuerit ab eterno:ē.n.cōsuet9scripture mo-dus vt aliq dicaf eē vl fieri qn̄ innotescūt. hoc aūt q fili9ab eterno vniuersalē potesta-tē et nomē diuinū accepit post resurrectionē pdicātib9 discipulis mūdo ē manifestatū. et h° ēt vba dei oñdūt.Dicit.n.dn̄s Jo.17. (Clarifica me pr̄ apud temetipsū claritate q̄ habui priusq̄ mūd9fieret).petit.n. vt sua glīa q̄ ab eterno a pr̄e recepit de9 i eo iā hoie fcō eē declaref.Et h° aūt māifestū R.° ad
ē quō fili9doceaf cū nō sit ignorās.(ostēsū aucto.
ē.n.in pri° lib.).q intelligere et eē i deo idē 5° loco
sūt.Vn̄ cōicatio diuine nāe.ē ēt intelligē iductas

tie cōmunicatio. Cōmunicatio autē intelligentie: demōstratio: vel locutio: siue doctrina pōt dici: p hoc ergo q filius sua natiuitate a prē nām diuinā accepit dr vel a prē audiuisse: vel pr ei demōstrasse: vel si quid aliud simile legit in scripturis: nō q prius filius ignorās aut nesciēs fuerit: r postmodum eū pr docuerit. Cōfitet eni aplus i. ad Cor. prio. (Christū dei virtutē r dei sapiētiā). Nō est aūt possibile q sapiētia sit ignorās neq3 q virtus ifirmet. Ideo ēt qd dr nō pōt fili9 a se facere qcq3: nullā ifirmitatē agēdi demōstrat in filio sed qa cū deo nō sit aliud agere q̄ eē: nec sua: actio sit aliud q̄ sua essētia. (vt supra pbatū est). ita dr q filius nō possit a se agere sed agat a patre: sicut q nō pōt a se esse sed solum a patre: si eni a se esset: iā filius nō eēt sicut ergo filius nō pōt nō eē filius: ita a se agere nō potest: quia vero eandē naturā accipit filius quā habet pater: r ex cōsequenti eandē virtutē: licet filius a se non sit nec a se operatur: tamen est per se r per se operatur: q2 sicut est per propriam naturam quā accepit a patre: ita per pprīā naturā a patre acceptā operat: vnde postq̄ dominus dixerat. (Nō pōt filius a se facere qcq̄). vt ostenderet q licet nō a se tamē per se filius operat: subiungit. (Quecūq3 ille fecerit) .s. pater. (hec r filius similiter facit).

R°. ad auc. 6. loco. Et premissis etiā apparet qliter pater pcipiat filio vt filius obediat patri: aut patrē oret: aut mittat a patre: hec eni oia filio cōueniunt fm quod est patri subiectus: quod nō est nisi secundū humanitatē assūptā. (vt ostēsū est). pater ergo filio precipit vt subiecto sibi secundū humanā naturam: r hoc etiā verba domini manifestāt. Nā cū dominus dicat. (Vt cognoscat mūdus quia diligo patrē: r sicut mandatum dedit mihi pater sic facio). quod sit istud mādatū ostēditur p id quod subditur (Surgite eamus hinc). hoc eni3 dixit ad passionē accedēs: mandatū autē patiendi manifestū est filio nō cōpetere nisi fm humanā naturā. Similiter vbi ait. (Si pcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea sicut r ego pcepta patris mei seruaui r maneo in eius dilectione). manifestum est hec precepta ad filiū ptinere p ut a patre diligebatur vt homo sicut ipse discipulos vt homines diligebat. Et q pcepta patris ad filiū accipiēda sint secūdū humanā naturā a filio assumptā: apostolus ostendit docēs filiū obedientē patri fuisse in his que ptinent ad humanā naturā. Dicit eni ad Philippenses. 2. (Factus est obediens patri vsq3 ad mortem). Ostēdit etiā apostolus q orare filio cōueniat secūdū humanā naturā. Dicit. n. ad Hebreos quinto. (q in diebus carnis sue pceps supplicationesq3 ad eū q possit illū saluū a morte facere cū clamore valido r lachrymis offerēs exauditus est, p sua reuerētia). Secūdū qd ēt missus a patre dicat: apostolus ostēdit ad Gal. 4. dicēs. (Misit deus filiu3 suū factū ex muliere). eo ergo dicit missus quo est factus ex muliere: quodquidē f3 carnē assumptā certū est sibi cōuenire. Patet igit q p hec oia nō pōt ostēdi filius patri esse subiectus nisi fm humanā naturā. Sed tñ sciēdū est q filius mitti a patre dicit etia3 inuisibiliter ingrū deus: sine piudicio equalitatis: quā habet ad patrē. (vt ifra ostēdet cū aget de missione spiritus sācti. Sic etiā p3 q p hoc q filius a patre clarificat vel suscitat vel exaltat. Nō pōt ondi q filius sit minor patre: nisi fm humanā naturā: nō eni filius clarificatiōe indiget q̄ de nouo claritatē accipiēs cū eā pfiteat se ante mūdū habuisse: sed oportebat q sua claritas que sub infirmitate carnis erat occultata: p carnis glorificationē r miraclorū opationē māifestaret in fide credētium populo. Vnde de ei9 occultatiōe dicit. Isaie. 53. (Vere abscōdit9 est vultus ei9: vnde nec reputauimus eū). Similiter autē fm hoc Christus suscitatus est q est passus r mortuus fm carnem. dicit enim prio Petri quarto. (Christo passo in carne r vos eadē cognitiōe armamini). exaltari etiā eū oportuit f3 hoc q fuit humiliatus: vnā r apostolus dicit Phil. 2. (Humiliauit semetipsu3 factus obediēs vsq3 ad mortē. propter quod deus exaltauit illum. Sic ergo p hoc q pater clarificat filiū suscitat r exaltat: filius nō ostenditur minor patre nisi secundum humanam naturam nā secundū diuinā nām qua est patri equa

q miss[io] non piudicat eqlitati prima. ad 7[m] rōnem. nec pa[tris] clarifica[tio].

Isa.

Petri.

Phil.

lis est eadē virtus patris ⁊ filij ⁊ eadē opa
tio vñ ⁊ ipse filius ꝓpria virtute se exaltat
Ps. ſm illud ps.(Exaltare dñe i virtute tua)
Ipse seipm suscitāt:qa de se dicit Joh.io.
Jo. (¶Potestatē habeo ponēdi animā meā ⁊
iterū sumere eā.¶ Ipse etiā nō solū seipm
clarificat sed etiā patrem:dicit enim Joh.
Jo. 17.(Clarifica filiuz tuum vt ⁊ filius tuus
clarificet te) nō ꝙ pater velamine carnis
assumpte sit occultatus sed sue inuisibilitate
nature:quo etiam modo filius est occultus
ſm diuinā naturā:nā pr̄i ⁊ filio cōe est ꝙ
Isa. dicit Isa.45.(Vere tu es deus abscon-
ditus sanctus isrl̄ saluator).filius aūt pa-
trem clarificat non claritatē ei dando sed
eum mūdo manifestādo:nā ⁊ ipse ibidē di
ad auc. cit.(Mãifestaui nomē tuū hoib⁹)·¶ Nō
8.addu est aūt credendum ꝙ in dei filio sit aliqs
ctas. potestatis defectus cum ipse dicat.(Data
est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra
¶ Unde quod ipse dicit.(Sedere ad dex
teram meam vel sinistram non est meum
dare vobis sed quibus paratuz est a patre
meo).nō ostendit ꝙ filius distribuendarū
celestium sedium potestatem non habeat:
cum ꝑ hmōi sessionē ꝑticipatio vite eter
ne intelligat̄:cuius collationē ad se ꝑtinere
ostēdit cū dicit Joh.x.(Oues mee voceȝ
Jo. meā audiunt:⁊ ego cognosco eas:⁊ sequun
tur me:⁊ ego vitam eternā do eis).dicitur
ēt Joh.5.(ꝙ pater oē iudiciū dedit filio).
Jo. ad iudiciū aūt ꝑtinet vt ꝓ meritis aliq i ce
Math. lesti gloria collocent̄:vñ ⁊ Math.25.(dr̄ ꝙ
fili⁹ hoīs statuet oues a dextris ⁊ hedos a
sinistris).ꝑtinet ergo ad potestatē filij sta
tuere aliquem vel a dextris vel a sinistris
siue vtrūqȝ referat̄ ad differētē glorie ꝑtici
pationē:siue vnū referat̄ ad gloriā ⁊ alterū
referat̄ ad penā .¶ Oportet igit̄ vt verbi
ꝓpositi sensus ex premissis sumat̄.¶ Pre
mittit̄ nāqȝ ꝙ mater filioꝝ Zebedei acces-
serat ad Jhm petēs vt vn⁹ filioꝝ eius sede
ret ad dexterā ei⁹.⁊ ali⁹ ad sinistram :⁊ ad
hoc petendū mota videbat̄ ex quandam fi
ducia ꝓpinquitatis carnalis quā habebat
ad hominē xp̄m.Dñs ergo sua responsio
ne non dixit ꝙ ad eius potestatē nō perti-
neret dare quod petebatur:sed ꝙ ad eum
non pertinebat illis dare pro quibus roga
batur.Non enim dixit:sedere ad dexterā

meā vel sinistrā nō est meū dare alicui:qn
potius ostēdit ꝙ suū erat hoc dare illi qb⁹
erat paratū a pr̄e suo.Nō.n. hoc dare ad
eū ꝑtinebat ſm ꝙ erat filius virginis sed
secundum ꝙ erat filius dei.⁊ ideo nō erat
suuȝ hoc dare aliquibus propter hoc ꝙ ad
eum pertinebat secunduȝ ꝙ erat filius vir
ginis secundū propinquitatē carnalem:sed
propter hoc ꝙ pertinebat ad eum secundū
ꝙ erat filius dei quibus scilicet paratum
erat a pr̄e ꝑ ꝑdestinationē eternā.¶ Sed
ꝙ ēt hec ꝑparatio ad potestatē filij dei ꝑti
neat:ipse dñs cōfitet̄ dicēs Joh.14.(In
domo patris mei mãsiones multe sūt:si q
min⁹:dixisseȝ vobis:qa vado parare vobis
locū).mãsiones aūt multe:sūt diuersi gra
dus ꝑticipãde beatitudinis q ab eterno a
deo in ꝑdestinatiōe ꝑparati sūt.¶ Cū er-
go dñs dicit:(ꝙ si in aliquo minus eēt).
i.si deficerēt ꝑparate mãsiones hoibus ad
beatitudinē introducēdis:⁊ subdit.(dixissē
qa vado parare vobis locū).ostēdit huius
modi preparationē ad suam potestatē ꝑti-
nere.¶ Neqȝ etiā potest intelligi ꝙ filius
horam aduentus sui ignoret:cū in eo sint
oēs thesauri sapientie ⁊ scīe abscōditi.(vt
aplus dicit).⁊ cū id qd̄ mai⁹ est ꝑfecte co
goscat.s.pr̄eȝ.sed hoc intelligendū est:qr fi-
lius inter hoies hō cōstitutus,ad modum
ignorantis se habuit dum discipulis non
reuelauit.Est eniȝ cōsuetus modus loquē
di in scripturis vt deus dicatur aliquid co
gnoscere si illud cognoscere facit.sicut ha-
bet̄ Gen.22.(Nūc cognoui ꝙ timeas do
minū).i.nūc cognoscere feci:⁊ sic ꝑ opposi
tū filius nescire dr̄ qd̄ nō facit nos scire.
¶ Tristicia vero ⁊ timor ⁊ alia hmōi ma
nifestū est ad xp̄m ꝑtinere ſcd̄m ꝙ homo:
vnde ⁊ ꝑ hoc nulla minoratio pōt in diui-
nitate filij deprehendi.¶ Qȝ autē dicitur Rn̄° ad
sapiaȝ eē creatā.¶ Primo quidē pōt in- auct.9.
telligi nō de sapiētia que ē filius dei:sed de rōne de
sapia quā deus indidit creaturis:dicit̄ .n. leg.
Eccle.1.(Ipse creauit eā).s.sapiam in spū
sancto.(⁊effudit illam super oia opa sua).
¶ Pōt etiam referri,ad naturā creatam
assūptā a filio vt sit sensus.(Ab initio ⁊ an
te secula creata suȝ).i.ꝓuisa suȝ creature
vniri.¶ Uel ꝑ hoc ꝙ sapia ⁊ creata ⁊ ge
nita nūcupat̄:mod⁹ diuine generatiōis no-

bis insinuatur. ¶ In generatione.n.qd generatur accipit nām gñantis:qd perfectionis est:sed in gñationibus q̄ sunt apud nos generās ipse mutatr:qd iperfectionis est:in creatione vero creās nō mutatr:sed creatuz nō recipit nām creantis. Dicitr ergo simul filius creatus t genitus vt ex creatione accipiatur imutabilitas patris t ex gñatione vnitas nāe in patre t filio: t sic hmōi scripture itellectū synodus exposuit vt p Hilarinz patet. ¶ Qḋ vero filius dicitr p̄mogenitus creature: non ex hoc ē q filius sit in ordinatione creaturaꝝ:sed quia filius est a patre t a patre accipit.a quo sunt t accipiunt creature. Sed filius accipit a patre eādem naturam non autem creature. vnde t filius non solum primogenitus dicitur:sed etiam vnigenitus propter singularem modum accipiendi. ¶ Per hoc aūt q dominus ad patrem dicit de discipulis.(vt sint vnum sicut t nos vnū sumus). ostenditur quidem q pater t filius sunt vnum eo mō quo discipulos vnum esse oportet scilicet p amorem. ¶ Hic tamē vnionis modus nō excludit essentie vnitatem: sed magis eam demonstrat:dicitur.n. Joānis.3.(Pater diligit filiū t oia dedit i manu eius). p qd plenitudo diuinitatis ońditur eē in filio vt dictū ē. ¶ Sic igr p3 q testimonia scripturaruz q̄ arriani p se assumebāt nō repugnāt veritati quam fides catholica confitetur.

Ad rōnē.io.

ad ocā i.xi.rōe.

epilog⁹

¶ Solutio ad auctoritates Fotini t Sabellij. 9.



Ex his aūt consideratis apparet q nec ea q̄ Fotinus t Sabellius pro suis opinionibus ex sacris scripturis adducebāt:eoruz errores cōfirmare possunt. ¶ Nam quod dominus post resurrectionē dicit Math. vltio.(Data ē mihi ois ptās in celo t in terra).non iō dr q̄ tūc de nouo hāc ptātem accepit.s3 q2 ptās quā filius dei ab eterno acceperat in eodem hoie facto apparere incepat p victoriā quā de morte habuerat resurgēdo. ¶ Qḋ vero apl'us dicit ad Ro. p̄mo de filio loquens.(Qui factus ē ei ex semine Dauid).manifeste ostēditr qualiter sit itelligēdū ex eo qḋ additur.(s3 carnē).nō.n.dixit q filius dei

R'° ad p^m auc p ɔfirmatiōe erroris fotini allegataz. ca°.4°

R'° ad 3^m auc.

esset simpliciter factus:sed q factus esset ex semine Dauid scd̄m carnē per assumptionē humane nāe sicut i Jo. p̄mo dr.(Verbuz caro factū est).vnde ēt p3 p hoc qḋ sequitur.(Qui p̄destinat⁹ ē filius dei in virtute).scd̄m humanā naturā q̄ ad filiū pertinet. ¶ Qz.n.humana nā filio dei vniretr vt sic hō posset dici filius dei: nō fuit ex hūanis meritis:sed ex gratia dei p̄destinantis. ¶ Similiter ēt qḋ idē apl'us ad Phil. dicit q deus Christū ppter passionis meritum exaltauit).ad humanā naturā referenduz ē in qua fuerat humilitas passiōis:vn̄ t qḋ subditr.(Dedit illi nomē qḋ ē sup oē nomē).ad hoc referēduz est q nomē cōueniens filio ex natiuitate eterna manifestandum eēt in fide populoꝝ hoc cōuenire filio icarnato:p qḋ t manifestū ē q id qḋ dicit Petrus.(q deus Jesum Christū t dn̄m fecit).ad filiū referēdū ē s'm humanā nām in qua icepit id hr̄e ex tempore quod in nā diuinitatis habuit ab eterno. ¶ Qḋ etiaz Sabellius introducit de vnitate deitatis.(Audi israel:dn̄s deus tu⁹,deus vnus ē).(t videte q ego sum solus t nō sit alius deus p̄ter me). snie catholice fidei non repugnat q̄ patrē t filiū nō duos deos: sed vnū deū eē cōfitetr.(vt dictū ē). Silr ēt qḋ dr.(Pater in me manens ipse facit opera.t ego in patre t pater in me ē).nō oñdit vnitatē psone vt volebat Sabellius sed vnitatem eēntie quā Arrius negabat. Si.n.eēt vna psona patris t filii: nō congrue diceretur pr eē in filio t filius i patre:cū nō dicatr pprie idē suppositū in seipso eē:sed solū ratiōe partiū:q2 eni ptes in toto sunt t qḋ cōuenit ptib⁹ solet attribui toti. ¶ Qńq3 dicitur aliqḋ totū eē in seipso. hic aūt modus loquēdi nō cōpetit in diuis i qbus ptes eē nō pnt.(vt in p̄mo ońsum ē). Relinqtr igitr cū pater in filio t filius in patre eē dicatr q pater t filius nō sint idē supposito:s3 ex hoc ostenditr q patris t filii sit eēntia vna hoc eniz posito manifeste appet q̄liter pater est in filio t filius i patre. Nā cū pr sit sua eēntia quia in deo nō est aliud eē t eēntiaz habens.(vt in p̄mo ē ońsum).relinquitur q in quocūq3 sit essentia patris sit pr: t eādez ratione in quocunq3 est essentia filii ē filius:vnde cum essentia patris sit in filio t

Solu° rōnū sabellij positaꝝ in ca° So.

ad auc. pauli.

eēntia filij in pře eo q̄ vna ē eēntia vtriusq̄z vt fides catholica docet. sequit̃ mãifeste q̄ pater sit i filio ⁊ filius sit in patre. ¶ Et sic eodē Xbo ⁊ Sabelii ⁊ Arrij error ꝯfutat̃.

¶ Rationes contra generationez ⁊ processionem diuinam. 10.



Omnibus igit̃ diligēter cōsideratis manifeste appet hoc nobis de gñatione diuina i sacris scripturis ꝓponi credēduz q̄ pater ⁊ filius ⁊ si psonis distiguātur sunt tñ vnus deus ⁊ vnā hñt eēntiā seu

pª rō ꝯ fidē gñationis. nãm. ¶ Quia vero a creaturaꝝ nã hoc in uenitur valde remotū vt aliq̄ duo supposito distinguant̃ ⁊ tñ eoꝝ sit vna eēntia: hūana rō ex creaturaꝝ ꝓprietatibus ꝓcedens multipliciter in hoc secreto diuine gñationis patitur difficultatem. Nam cum gñatio nobis nota mutatio quedam sit cui opponitur corruptio difficile videtur in deo gñationez ponere qui est imutabilis incorruptibilis: ⁊ eternus. (vt ex supioribus pz).

2 ¶ Amp̃. si generatio mutatio ē: oz eē qd̃ gñatur mutabile eē: quod autē mutat̃ exit de potētia in actū: nã motus ē actus existētis i potētia sz q̄ hmōi. Si igr̃ filius dei ē genitus vr̃ q̄ neq̄z eternus sit tāq̄z de potētia in actū exiens: neq̄z verus deus ex quo nō ē actus purꝰ sz aliqd potētialitatis hñs.

3 ¶ Adhuc genitū naturā accipit a generāte si ergo filius genitus est a deo patre. opz q̄ naturam quaz habet: a patre acceperit non est aūt possibile q̄ accepit a patre aliā naturam numero q̄z pater habet ⁊ similez speciez sicut fit in generatiōibus vniuocis vt cum homo gñat hominez ⁊ ignis ignē. (supra enim ostensum est). q̄ ipossibile est esse plures numero deitatis. ¶ Videtur etiam esse impossibile q̄ receperit eandem naturaz numero quā pater habz. ¶ Quia si recipit patrem eius sequitur diuinaz naturam esse diuisibilem. ¶ Si autem totaz videtur sequi q̄ nã diuina si fit tota trans-

Excludit rōnez que posset dari. fusa in filium desinat esse in patre: ⁊ sic pater generando corrumpitur. ¶ Neq̄z iterz potest dici q̄ natura diuina per quandam exuberantiam effluat a patre in filiuz sicut aqua fontis effluit in riuū ⁊ fons non euacuatur. ¶ Quia natura diuina sicut nō potest diuidi ita nec augeri: videtur ergo relinquum esse quod filius naturam a patre acceperit non eandez numero nec spē quam pater habet sed omnino alterius generis sicut accidit in generatione equiuoca: vt cuz animalia ex putrefactione nata virtute solis generantur ad cuius speciez non attingunt: sequit̃ ergo q̄ dei filius neq̄z verus filius sit cū nō hēat spēm patris: neq̄z verus deus cū non recipiat diuinam naturam.

4 ¶ Itē si filius recipit nãm a deo patre oz q̄ in eo aliō sit recipiēs ⁊ aliud nã recepta: nihil. n. recipit seipm̃. filius igit̃ nō est sua eēntia vel nã: nō est igitur verus deus.

5 ¶ Preterea si filius nō ē aliud q̄z eēntia diuina: cū eēntia diuina sit subsistēs. (vt in primo ꝓbatū ē). constat aūt q̄ ēt pater est ipsa eēntia diuina: vr̃ reliq q̄ pater ⁊ filius cōueniāt in eadē re subsistēte. Res aūt subsistēs in intellectualibus naturis vocat̃ psona sequit̃ ergo si filius est ipsa diuina eēntia q̄ pater ⁊ filius cōueniāt in psona. Si aūt filius nō ē ipsa diuina eēntia nō ē verus deus. hoc. n. de deo ꝓbatū ē. (in pmo li.). vr̃ igit̃ q̄ vel filius non sit verus deus. (vt dicebat Arrius). vel nō sit alius psonaliter a patre. (vt Sabellius asserebat).

6 ¶ Adhuc illud qd̃ ē pncipiū idiuiduationis in vnoquoq̄z mō ipossibile est inec alteri qd̃ supposito distinguat̃ ab eo. Qd̃. n. in multis ē: non ē indiuiduatiōis principium: ipsa aūt eēntia dei est p quā deus idiuiduatur. Non enim eēntia dei est forma in mã vt p māz idiuiduari posset. Nō ē igit̃ aliud in deo patre per quod indiuiduetur q̄z sua essentia. eius igitur essentia in nullo alio supposito esse potest. aut igitur nō est in filio: ⁊ sic filius non est verus deus. (sm̃ Arriū). aut filius nō ē alius supposito a patre: ⁊ sic est eadē psona vtriusq̄z. (sm̃ Sabelliuz).

7 ¶ Amp̃. si pater ⁊ filius sunt duo supposita siue due psone: ⁊ tñ sunt in eis essentia vnum oportet in eis eē aliquid preter eēntiam p quod distinguantur. Nã eēntia cōmunis vtriq̄z ponit̃. qd̃ aūt cōe ē nō pōt eē distinctionis pncipiū: oz igit̃ id quo distinguūtur pr̄ ⁊ filius eē aliud ab essentia diuina. Est ergo persona filij cōposita ex duobus ⁊ sim̃ psona patris. s. ex eēntia cōi ⁊ ex pncipio distinguēte: vtraq̄z igitur est cōposita

ar° neuter ergo est ver⁹ de⁹. ¶ Si q̄s āt dicat distinguunt sola relatiōe: prout vnus est pater ali⁹ q̄ est filius: q̄ aūt relatiue p̄dicanf nō aliud videnf p̄dicare in eo de quo dicuntur s₃ magis ad aliud: ⁊ sic p hoc oppositio

ip̄robat nō inducif. ¶ Videf q̄ hec responsio nō sit sufficiēs ad p̄dicta icōueniētia vitāda. Nā relatio nō p̄ot esse absq₃ aliquo absoluto: i quolibet.n.relatiuo o₃ itelligi q̄ ad se dicif p̄ter id q̄ ad aliud dicif: sicut seru⁹ ad aliqd est absolute p̄ter id q̄ ad dn̄₃ dicif. Relatio igif illa p quā pater ⁊ fili⁹ distinguunf o₃ q̄ hēat aliq̄d absolutū in q̄ fundef: aut igit illud absolutū est vnū tm̄: aut sūt duo absoluta. Si est vnū tātū: in eo nō p̄ot fundari duplex relatio nisi forte sit relatio idē priuatis que distinctionē opari nō p̄ōt: sicut dr idē eidē idē: si ergo sit talis relatio q̄ distinctionē reqrat o₃ p̄intelligaf absolutoꝝ distinctio. nō ergo vr̄ possibile q̄d p̄sone patris ⁊ filij solis relatiōibus distinguantur.

8 ¶ Preterea o₃ dicere q̄ relatio illa que filiū distingit a patre: aut sit res aliq̄: aut sit in solo intellectu. Si aūt sit res aliqua nō āt vr̄ eē illa res que est diuina essētia: q̄ diuina essentia cōis est patri ⁊ filio. erit ergo in filio aliq̄ res q̄ nō est eius essētia ⁊ sic nō


ca°.18. est verus de⁹. (Ostensum ē.n.in p̄io libro). q̄ nihil est in deo q̄d nō sit sua essētia: si autē illa relatio sit in intellectu tm̄. nō ergo p̄ōt p̄sonaliter distigueī filiū a p̄re q̄.n.p̄sonaliter distingunf realiter oportet distingui.

9 ¶ Item: oē relatiuū depēdet a suo correlatiuo: quod āt depēdet ab altero nō est verus deus: si igif p̄sona patris ⁊ filij relatiuib⁹ distinguanf: neuter erit verus deus.

10 ¶ Adhuc si pater est deus ⁊ fili⁹ est de⁹: o₃ q̄ hoc nomē deus de patre ⁊ filio substantialiter p̄dicef: cū diuinitas accidens eē nō possit: p̄dicatū autē substātiale est q̄ vere est ip̄m de quo p̄dicatur. Nā cū dr̄: homo. est animal. q̄d vere homo est: aīal est. Et similiter cū: dicif sortes est hō: q̄d vere sortes est: homo est. ¶ Ex quo vr̄ seq̄ q̄ īpossibile sit ex p̄te subiectoꝝ inveniri p̄lalitatē: cu₃ vnitas sit ex p̄te substātialis p̄dicati. Nō.n. sortes ⁊ plato sūt vn⁹ hō l₃ sint vnū in hūanitate: neq₃ homo ⁊ asinus sunt vnū aīal licet sint vnū in animal: si ergo pater ⁊ filius sunt due persone: impossibile videtur q̄ sint vnus deus.

ri ¶ Amp̄ opposita p̄dicata pluralitatē ostendunt in eo de quo p̄dicanf: de deo āt p̄re ⁊ de deo filio opposita p̄dicanf: nā pater est deus igenitus ⁊ generās. Filius aūt est deus genitus: nō igif videf esse possibile q̄ pater ⁊ filius sint vnus deus. ¶ Hec igif ⁊ similia sūt ex q̄bus aliq̄ diuinoꝝ misteria epilogat p̄pria rōne metiri volētes diuinā generatiōnē impugnare nitunf. ¶ Sed quia veritas in seipsa fortis est ⁊ nulla impugnatione cōuellitur: o₃ intēdere ad ostendendum q̄ veritas fidei ratione supari non possit.

¶ Quō accipiēda sit generatio in diuinis: ⁊ q̄ de filio dei in scripturis dicunf. ri.



Rincipium antes huius intētionis hic sumere o₃ q̄ f₃ diuersitatē naturarū diuersus emanatiōis modus inuenif in reb⁹: ⁊ quāto aliq̄ natura est altior: tāto id q̄d ex ea emanat magis est intimū. ¶ In reb⁹.n.oīb⁹ inaiata corpa īfimū locū tenēt in q̄bus emanatiōes aliter esse nō possunt nisi per actionē vni⁹ eoꝝ in aliquod alteꝝ. sic.n.ex igne generaf ignis du₃ ab igne corpus extraneū alteraf ⁊ ad q̄litatē ⁊ sp̄ē₃ ignis p̄ducif. ¶ Post inaiata vero corpa p̄mū locū tenēt plante in q̄bus iā emanatio ex iteriori p̄cedit inqātū. s. humor plāte itraneus in semen cōuertif ⁊ illud semen terre mandatū crescit in plantā ¶ Ia₃ ergo hic p̄mus gradus vite īuenif Nā viuētia sūt q̄ seipsa mouēt ad agendū illa vero q̄ nō nisi exteriora mouere possūt oīno sūt vita carētia. ¶ In plātis vo hoc inditū vite ē q̄ id q̄d in ip̄sis est mouēt ad aliquā formā. ē tm̄ vita plantaꝝ īpfecta: q̄a emanatio in eis l₃ ab interiori p̄cedat. tn̄ paulati ab iterioīb⁹ exiēs q̄d emanat finaliter oīno extrīsecū iuenif. hūor.n.arboris p̄io ab arbore egrediēs fit flos ⁊ tandē fructus ab arboris cortice discretus sed ei colligatus. p̄fectio aūt fructus oīno ab arbore separaf. ⁊ in terrā cadēs semēnna virtute p̄ducit aliā plantā. ¶ Si q̄s ēt diligenter cōsideret. p̄mū hui⁹ emanatiōis p̄ncipiū ab exteriori sumif. nā hūor itrinsec⁹ arboris p radices a terra sumif de q̄ planta suscipit nutrimētū. ¶ Vltra plantaꝝ vo

vită altior gradus vite inuenit̄ q̄ est p̄3 ai a3 sensitiuă cui⁹ emanatio ꝑpa ꝛ si ab exteriori icipiat i iteriori terminat̄:ꝛ q̄to emanatio magis icesserit tāto magis ad itima deuenit̄. Sēsibile.n.exteri⁹formă suă exterioribꝰ sensibiles ingerit a qb⁹ ꝑcedit i imaginatiōe:ꝛ vlteri⁹ in memorie thesaurꝫ. in quolibet tñ hui⁹ emanatiōis ꝑcessu pncipiū ꝛ termin⁹ ptinēt ad diuersa. Nō.n.aliqua potētia sensitiua in seipsa3 reflectitur. ¶ Est ergo hic grad⁹ vite tāto altior q̄3 vita plantaꝝ q̄to opatio hui⁹ vite magis in itimis cōtinet̄.nō tamē ē oīno vita pfecta cū emanatio sp̄ fiat ex vno in alteꝝ. ¶ Est igit̄ supremus ꝛ pfectus gradus vite q est f̄m itellectū.nā intellect⁹ in seip̄m reflecti tur ꝛ seipsum itelligere pōt. ¶ S3 ex intellectuali vita diuersi gradus inueniunt̄. Nā itellectus hūan⁹ ꝛ si seip̄m cognoscere possit tñ p̄mū sue cognitiōis initiū ab extrinsēco sumit q: nō est itelligere sine fantasmate.(vt ex supiorib⁹ p3).pfectior igit̄ est itellectualis vita in angelis in quib⁹ intellect⁹ ad sui cognitionē nō ꝑcedit ex aliquo exteriori.sed ꝑ se cognoscit seip̄m.nōdū tñ ad vltimā pfectionē vita ipoꝝ ptingit.q: l3 in tētio itellecta sit eis oino intrinseca.nō tñ ipsa intētio intellecta est eorū substantia. quia non est idem in eis intelligere ꝛ esse. (vt ex superioribus patet). ¶ Vltima igit̄ perfectio vite competit deo in quo nō est aliud intelligere ꝛ aliud esse.(vt supra ostē sum est).ꝛ ita oportet ꝙ intentio intellecta in deo sit ipsa diuina essentia. ¶ Dico autem intentionem intellectam id qđ intellectus in seip so concipit de re intellecta. ¶ Que quidem in nobis neq3 est ipsa res que intelligitur.neq3 est ipsa substantia intellectus.sed est quedam similitudo concepta intellectu de re intellecta quam voces exteriores significant.vnde ꝛ ipsa intentio verbum interius nominant̄ quod est exterion verbo signatum. ¶ Et quidē ꝙ predicta intentio non sit in nobis res intellecta inde apparet ꝙ aliud est intelligere rem ꝛ aliud est intelligere ipsam intentionem intellectam. quod intellectus facit dum super suum opus reflectitur vnde ꝛ alie scientie sunt de rebus ꝛ alie de intentionibus intellectis. ¶ Quod autem intentio intellecta non sit ipse intellectus in nobis:ex hoc patet ꝙ esse intentionis in tellecte etiā in ipso intellectu consistit.non autem esse intellectus nostri cuius esse nō est suum intelligere. ¶ Cu3 ergo in deo sit idem esse ꝛ intelligere intentio intellecta in ipso est eius intellectus.ꝛ quia intellectus in eo est res intellecta.(intelligendo eni se intelligit omnia alia).(vt in primo ostensum est) relinquitur ꝙ in deo intelligente seipsum sit idē intellectus ꝛ res que intelli gitur ꝛ intentio intellecta. ¶ His igit̄ cōsideratis vtcūq3 concipere possumus qualiter sit diuina generatio accipiēda. ¶ Patet enim ꝙ non est possibile sic accipi generationē diuina3 sicut in rebus inanimatis generatio inuenitur in quibus generans imprimit suā speciem in exteriorem materiā ¶ Oportet enim secūdu3 positionem fidei ꝙ filius a deo genitus veram habeat deitatem ꝛ sit verus deus.ipsa aute3 deitas nō est forma materie inherens neq3 deus est ex materia existēs.(vt in prio probatu3 est). ¶ Similiter autē nō pōt accipi diuina generatio ad modū generatiōis q̄ in plantis inuenit̄ ꝛ etiā in animalibus que cōicant cū plātis in nutritiua ꝛ generatiua virtute separat̄.n.aliquid qđ erat in planta vel aiali ad generationē similis in sp̄e quod i fine generatiōis est oino extra generationē aūt cū indiuisibilis sit nō pōt aliqd separi.ipse etiam filius a deo genitus nō est extra patre3 generantē sed in eo. (sicut supioribus auctoritatib⁹ p3). ¶ Neque etiā pōt diuina generatio intelligi f̄m modū emanationis q̄ inuēitur in anima sēsitiua. ¶ Nō eni deus ab aliquo exteriori accipit vt i alteꝝ ifluere possit.nō.n.esset primū agens. ¶ Operatiōe etiā aie sensitiue nō cōplētur sine corpalibus instrumētis. Deū aūt māi festum est incorporeū eē. Relinquit̄ igit̄ ꝙ generatio diuina p̄3 itellectualē emanatio nē sit intelligēda. ¶ Hoc āt sic māifestari o3. ¶ Māifestū est eni ex his q̄ in prio declarata sūt ꝙ deus seipsum itelligit.eē eni intellectū inq̄tum intellectū o3 eē in itelligēte.signat eni ipsum itelligere apprehēsio nē eius quod intelligitur ꝑ intellectū.vnde etiā intellectus noster seipsum intelligēs ē in seipso nō solū vt idē sibi ꝑ essentiā s3 etiā

ca⁹.55.

applicat ad ꝑpositum.

qđ diīa generatio nō ē ad modū inanimatorum.

qđ nō ē ad modū generatiōis plātaꝝ.

excludet mod⁹ generatio nis aiaꝛ toꝝ aia sēsitiua.

quō hēat itelligi diīa gñatio.

vt a se apprehēsum itelligēdo.oꝫ igitur ꝙ deus in seipso sit vt intellectū in intelligēte intellectuꝫ aūt in itelligēte ē intētio intellecta ⁊ verbū.est igitur in deo intelligēte seipsuꝫ verbum dei quasi deus intelligēs.sicut verbuꝫ lapidis in intellectu est lapis itellectus. ¶ Hic est ꝙ Joā.primo dicit.(Verbum erat apud deū).Quia vero itellect⁹ diuinus nō exit de potētia in actū:sꝫ sp̄ ē actu existēs.(vt in pͥmo ꝓbatū est).ex necitate oꝫ ꝙ sp̄ seipm̄ intellexerit. ¶ Et hoc aūt ꝙ seipsuꝫ itelligit oꝫ ꝙ verbū ipsius in ipso sit.(vt ondsum est).necesse ē igit semꝑ verbuꝫ eius in deo extitisse. Est igit coeternū deo verbuꝫ ipsius:nec accedit ei ex tp̄e sicut intellectui nostro accedit ex tp̄e verbuꝫ interius cōceptuꝫ qđ est intētio intellecta. ¶ Hinc ē ꝙ Joan.primo dicit.(In principio erat verbuꝫ).Cuꝫ aūt intellectus diuinus nō solū sit sp̄ in actu:sed ēt sit ipse actus purus.(vt in primo ꝓbatuꝫ ē).oꝫ ꝙ substantia intellectus diuini sit ipm̄ suuꝫ intelligere qđ est actus intellectus.eē aūt verbi interius conceptí siue intētionis intellecte ē ipm̄ suū intelligi.idē ergo eē. est verbi diuini ⁊ intellectus diuini:⁊ ꝑ ɔñs ipsius dei qui est suus itellectus.eē aūt dei est eius essentia vel natura qua idē est ipse deus.(vt in primo ondsum ē). verbum igitur dei ē ipsum eē diuinū ⁊ eēntia eius ⁊ ipse verus deus. ¶ Nō aūt sic ē de verbo itellectus būani. ¶ Cuꝫ enī itellectus nr̄ seipm̄ intelligit. aliud ē eē intellectus ⁊ aliud ipm̄ eius intelligere:sba enī intellectus erat in potētia intelligēs añqꝫ itelligeret actu:sequit ergo ꝙ aliud sit eē intentōis intellecte ⁊ aliđ itellectus ipsius. Cū intētionis intellecte eē sit ipm̄ intelligi vñ opꝫ ꝙ in homine intelligēte seipsuꝫ verbum interius cōceptū non sit hō verus naturale hominis eē hñs.sed sit hō itellectus tantū quasi qdaꝫ similitudo hominis veri ab intellectu apphēsa. Ipsum vero verbuꝫ dei ex hoc ipso ꝙ ē deus itellectus ē verus deus hñs naturaliter eē diuinū eo ꝙ nō ē aliud naturale eē dei ⁊ aliud eius intelligere,(vt dictum ē). Hinc est ꝙ Joan.pͥmo dicit.(Deus erat verbuꝫ). qđ qꝛ absolute dicit demōstrat verbū dei verū deuꝫ debere intelligi. verbū.n.hoīs nō posset dici simpliciter ⁊ absolute hō sed ſm quid.s.hō intellectus. vñ hec falsa eēt hō ē verbū:sꝫ hec pōt eē vera hō intellectus est verbū. Cū ergo dicitur deus erat verbū.ondit verbū diuinū nō soluꝫ eē intētionē: intellectaꝫ sicut verbū nostrū:sꝫ ēt rē in natura existētē ⁊ subsistētē. deus.n.verus res subsistēs ē cū maxime sit ꝑ se ens. ¶ Nō sic aūt natura dei est in verbo vt sit vna specie ⁊ numero differēs.sic.n. verbum habꝫ naturā dei sicut intelligere dei:ē ipsuꝫ eē eius. (vt dictum est).intelligere aūt est ipsum eē diuinūꝫ verbum igitur habet ipsam eēntiam diuinaꝫ non soluꝫ specie sed numero eandē. ¶ Itē natura que ē vna ſm spēm nō diuiditur in plura ſm numerū nisi ꝓpter materiaꝫ. diuina aūt natura oīno īmaterialis ē.ipossibile est igitur ꝙ natura diuina sit vna spē ⁊ numero differēs verbū igitur dei in eadē natura numero cōicat cū deo ꝓpter quod verbum dei ⁊ deus cuius ē verbū nō sunt duo dii sꝫ vnus deus. nā ꝙ apud nos duo hñtes humanā naturam sint duo hoīes ex hoc cōtigit ꝙ natura humana numero diuiditur in duobus(ondsuꝫ ē aūt in primo libro).ꝙ ea q̄ in creaturis diuisa sūt in deo simpliciter vnū eē:sicut in creatura aliud ē eēntia ⁊ eē.⁊ in qbusdā ē ēt aliud qđ subsistit in sua eēntia ⁊ eius eēntie siue nā.nā hō nō ē sua humanitas nec suū eē. Sꝫ deus est sua eēntia ⁊ suum eē. ⁊ q̄uis hoc in deo vnuꝫ sint verissime. tñ in deo est qcqd ptinet ad rationē vel subsistentia vel eēntie vel ipsius eē. Conuenit.n.ei non eē in alijs inq̄tum est subsistēs. Esse quid inq̄tum ē essentia. Et esse in actu ratiōe ipsius esse. ¶ Oꝫ igit cuꝫ in deo sit idē intelligēs ⁊ intelligere:⁊ intētio intellecta: qđ est verbuꝫ ipsius:ꝙ verissime in deo sit. Et qđ per ptinet ad rōnem intelligētis. Et qđ ptinet ad rōneꝫ eius qđ est intelligere. Et qđ ptinet ad rōneꝫ itētiōis itellecte siue verbi. ¶ Est aūt de rōne interioris verbi qđ est intētio intellecta ꝙ ꝓcedat ab intelligēte ſꝫ suū intelligere.cū sit q̄si terminus intellectualis operationis. Intellectus.n.intelligēdo concipit ⁊ format intētionē siue rōneꝫ itellectā que est interius verbū oportet igit ꝙ a deo ſm ipsum suū intelligere procedat verbuꝫ ipsius. Comparatur igitur verbum dei ad deum intelligentē cuius est verbū sicut ad caº.55. ⁊ 32º.

⁊ cū verbū dei sit eiusdē nature cū deo di-
cente ⁊ sit similitudo ipsi⁹. sequit͂ q̄ꝺ hic na
turalis processus sit in similitudinē eius a
quo est processio cū idēptitate nāe. ¶ Hec
est aūt vere generatiōis rō in rebus viuen
tibus ꝙ id q̄ꝺ generat͂ a generāte procedat
vt similitudo ipsius ⁊ eiusdē nature cū ipo
est ergo verbū dei genitū vere a deo dicen
te. ⁊ eius processio generatio vel natiuitas
ps. dici pōt. ¶ Hic est q̄ꝺ in ps. dr̄. (Ego ho
Ecclu° die genui te). i. in eternitate que sēp ē pre
erro. sens ⁊ nulla est in eo rō preteriti ⁊ futuri.
¶ Unde patet falsū eē q̄ꝺ Arriani dixe-
runt q̄ꝺ pr̄ genuit filiū voluntate. que. n. vo
luntarie fiunt nō nālia sunt. ¶ Quia vero
nō minus est q̄ꝺ deus de seipso intelligit q̄ꝫ
q̄ꝺ in ipso est. alias non intelligeret ipsum
pfecte. nec suū eē eēt suū intelligere. oꝫ ver-
bū dei deo eē eēntiale. hoc aūt est filius dei
est igit͂ filius dei patri eēntialis. Hoc etiaꝫ
hinc manifestum est q̄ꝺ filius dei cū sit ve
rus filius hꝫ spēm ⁊ naturā patris. cuiliꝫ
aūt nāe determinata quantitas debet͂. vn-
de etiā apꝺ nos filius ad equalitatē patris
pducit͂ in fine generatōis ⁊ augmēti nisi ali
quis defectus apparet ꝑpter materiā indi
spositā ⁊ pp debilitatē virtutis actiue in ge
neratōe. ⁊ quidē q̄ꝺ a principio filius nascā
tur minor patre contingit ex hoc q̄ꝺ aialis
generatio procedit de potentia ad actuꝫ ⁊
paulatim ducit͂ de imperfectiōe ad pfectio
nē nihil aūt hoꝝ est possibile in diuia gene
ratōe accidere. ¶ Qꝛ generatio diuina nō
est ex materia. ¶ Nec per exitū de potētia
in actū. ¶ Nec virtus de generantis pōt
eē deficiens cū sit infinita. oꝫ igit͂ filiuꝫ dei
patri eē equalē. ¶ Itē si filius sit patri eq̄-
lis oportet alia numero eē magnitudinē pa
tris ⁊ filii. nā eadē numero quantitas non
pōt seipsa eē maior ⁊ minor. diuina aūt ma
gnitudo nō est aliud q̄ꝫ eius eēntia. (vt ex
primo libro apparet). erit igit͂ alia numero
eēntia patris ⁊ filii. (Cuius cōtrariū supra
ostensum est). oportet igit͂ dicere filiū patri
eē equalē. ¶ Hinc est q̄ꝺ Joan. 5. dr̄. (q̄ꝺ
Jhs patrē suū dicebat deū equalē se deo
faciens). ⁊ Phil. 2. dicitur. (ꝙ nō rapinaꝫ
ĩre fili⁹ arbitratus est eē se equalē deo). ¶ Cōside
dicat͂ cō randū me etiā ꝙ id q̄ꝺ generatur quādiu
ceptum generante manet dicitur eē cōceptū. verbū
autē dei ita est a deo genitum ꝙ tamē ab
ipso nō recedit sed in eo māet. (vt ex supio
ribus patet). recte ergo verbum dei pōt ꝺi
ci a deo conceptū. ¶ Hinc est ꝙ ꝓuer. 8. puer.
dei sapientia dicit. (nōdū erāt abyssi. ⁊ ego
concepta erā). ¶ Est aūt differentia inter dña in-
conceptionē verbi dei ⁊ materialē conce- ter cōce
ptionē q̄ apud nos in animalibus inuenit͂. ptionē
¶ Nam proles quādiu ꝯcepta est ⁊ in vte intelle-
ro clauditur nondum habꝫ vltimaꝫ pfectio ctualē ⁊
nē vt per se subsistat a generante sitq locuꝫ mālē
diuersa. vnde oportet ꝙ in corporali genera
tione animalium aliud sit genite prolis con
ceptio. atq̄ꝫ aliud partus ipsius s̄m quē et
loco separatur proles genita a generāte ab
vtero generantis egrediens: verbum autē
dei in ipso deo dicēte existēs ē pfectum in
se subsistēs distinctum a deo dicēte. nō. n.
expectatur ibi localis distinctio si sola rela
tione distinguuntur. (vt dictum ē). Idē ē er
go in generatione verbi dei: ⁊ conceptio. ⁊
partus. ⁊ ideo postq̄ꝫ ex ore sapientie di
ctum ē. (Ego iam concepta eram). Post
pauca subditur. (Ante colles ego parturie
bar). ¶ Sꝫ quia conceptio ⁊ partus in re
bus corporalibus cum motu sunt. ⁊ iō opꝫ
in eis quādam successionē eē cum cōceptio
nis terminus sit eē concepti in concipiēte.
terminus aūt partus sit eē eius qui partu-
ritur distinctum a pariēte. necesse ē igit͂ in
corporalibus ꝙ id quod concipitur nōdum
sit. ⁊ id quod parturitur in parturiēdo nō
sit a parturiēte distinctum. ¶ Cōceptio āt
⁊ partus intelligibilis verbi nō ē cū motu
nec cū successiōe. vñ simul dū cōcipit͂ est. ⁊
simul dū parturit͂ distinctū ē. sicut q̄ꝺ illu-
minat͂: simul dū illuminat͂. illuminatū ē. eo
ꝙ in illuminatōe nulla successio ē. ⁊ cū hoc
inueniat͂ in intelligibili v̄bo nr̄o, multo ma
gis ꝯpetit verbo dei nō solū, qꝛ intelligibi-
lis cōceptio ⁊ partus ē: sꝫ qꝛ in eternitate
existit vtrūq̄ꝫ in qua prius ⁊ posteri⁹ eē nō
pn̄t. ¶ Hinc ē ꝙ postq̄ꝫ ex ore sapiētie di-
ctū ē. (Ante colles ego parturiebar). ne in
telligeret͂ q̄ꝺ dū parturiret͂ nō eēt subditur.
(Qñ ꝑparabat celos aderā). vt sic cū in
generatōe carnali aialiū prius aliqd cōci-
piat͂. ¶ Deinde parturiat͂. ¶ Et deinde cō
ueniat sibi adesse parturiēti q̄si sibi cōsocia
tū nec ab eo distinctū. ¶ Hec oia in diui-


ficãtur). scilicet fideles christi. (ex vno oẽs
pp̃ter). quã causam non confundit eos vo
care fratres dicẽs: Narrabo nomẽ tuum
fratribus meis). & infra. (Quia ergo pue-
ri cõmunicauerũt carni & sanguini: & ipse si
militer participauit eisdẽ). Si aũt christ⁹
corpus celeste solum habuit. manifestuz est
cum nos corpus terrenum habeamus
nõ sumus ex vno cũ ipso: & p cõsequẽs ne-
que fratres ei⁹ possumus dici: neque etiaz
ipse participauit carni & sanguini. Nã no-
tum est qd caro & sanguis ex elemẽtis infe
rioribus cõponunt & nõ sunt nature cele-
stis. ¶ Patet igit cõtra apostolicã senten
tiam predictam positionẽ esse. ¶ Ea vero re°
quibus innituntur. manifestum est friuola ad fun.
esse. Non eniz christus descẽdit de celo se- damen-
cundũ corpus aut animam. sed secundum tũ. opi.
qd deus: & hoc ex ipsis verbis domini acci
pi põt: cum eni diceret Joan. tertio. (Ne
mo ascendit in celum nisi qui descendit in
celo). Adiunxit. (filius hois qui est in ce-
lo). in quo ostẽdit se ita descendisse de ce-
lo: q tamẽ in celo esse nõ desierit. ¶ Hoc
aũt propriũ deitatis est vt ita in terris sit
qd & celũ impleat: secũdum illud Hieremi.
vigesimotertio. (Celũ & terrã ego impleo).
nõ ergo filio dei inquantum deus est de-
scendere de celo competit secundũ motuz
localẽ. Nã qd localiter mouet sic ad vnũ

locum accedit q ab altero recedit: dicitur igitur filius dei descendisse secundum hoc quod terrenam substantiam sibi copulauit sicut et apostolus eum exinanitum dicit inquantum formam serui accipit: ita tamen quod diuinitatis nam non perdidit. Id vero qd pro radice huius positionis assumunt ex superioribus pz esse falsuz. (ostensuz est enim in secundo libro), quod ista corporalia non a diabolo: sed a deo sunt facta.

Re°. ad ra di cez odi.

¶ De errore Apollinaris circa corpus Christi. 31.



Rrationabilius autem his circa incarnationis mysterium Apollinaris errauit: in hoc tamen cuz predictis concordans q corpus christi non fuit de virgine assumptuz: sed quod est magis impium aliquid verbi dicit in carnem christi fuisse conuersum: occasionem erroris sumens ex eo quod dicit Joannis primo. (Verbum caro factum est), quod sic intelligendum putauit: quasi ipsum verbu sit conuersuz in carnem: sicut et intelligitur illud quod legitur Joannis secundo. (Ut gustauit arcbitriclinus aquam vinum factam), quod ea ratione dicitur: quia conuersa est aqua in vinum. Huius autem erroris impossibilitatem ex his que supra ostensa sunt facile est deprehedere. Ostensum est enim supra q deus omnino imutabilis est omne aut qd in aliud conuertitur manifestu est in illud mutari: cuz igitur verbuz dei sit verus deus. (vt ostesuz e). impossibile e q verbu dei fuerit in carne mutatu.

pō herc° occa°. Jo.

2 ¶ Item verbu dei cum sit deus: simplex est. (ostensum est enim supra). in deo compositionem non esse: si igitur aliquid verbi dei est conuersum in carnem: oportet totum verbum conuersum esset: quod autez in aliud conuertitur definit esse id quod prius fuit: aqua enim conuersa in vinum: iam non est aqua: sed vinum. igitur post icarnationem sm positione predicta verbum dei penitus no erit. Qd apparet ipossibile: tu ex hoc q verbu dei est eternu sm illd Jo. primo. (In principio erat verbu). tu quia post incarnatione xpi verbu dicit sm illud Apoca. 19. (Vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nome eius verbu dei.)

3 ¶ Amp. eoru que no coicant in materia et in genere vno ipossibile e fieri quersione in inuicez: non. n. ex linea fit albedo: qr sunt diuersorum gnruz: neqz corpus elemetare pot querti in aliquod corporuz celestiuz vel in aliqua incorporea substantia aut econuerso: cuin no quenit in materia verbu aut dei cum sit deus non couenit neqz in gne neqz in ma cu quocuqz alio eo q deus in gnre no e neqz maz hz: ipossibile e igit verbu dei fuisse in carne quersum vel in qocuqz alid.

4 ¶ Preterea de rone carnis ossiuz et sanguinis et hmoi partiuz est q fit ex determinata materia. Si igitur verbum dei sit in carnez couersum sm positionem predicta sequetur qd in christo non fuerit vera caro nec aliquid alind hmoi: et sic etiam no erit verus homo sed appares tantuz et alia huiusmodi que supra contra Valentinu posuimus. Patet igitur hoc qd Joanes dicit. (Verbu caro factu est.) no sic intelligendu ee quasi verbuz sit quersum in carnez: sed qr carne assupsit vt cu oibus quersaretur et eis visibilis appareat: vn et subdit. (Et hitabit in nobis et vidim glraz eius) et c. sic et i Baruch. de deo dr. (qd in terris visus est: et cu hominibus couersatus est).

verbu caro factum qu intelligitur.

¶ De errore arrii Apollinaris circa aiam Christi. 32.



On solu aut circa corp christi: sed et circa eius aiam aliqui male sensisse ueniuntur. Posuit eniz Arrius q in christo no fuit anima: sed q solu carne assumpsit cui diuinitas loco aie fuit: et ad hoc ponendum necessitate quadam videt fuisse inductus. Cuz. n. vellet asserere q filius dei sit creatura et minor pre: ad hoc probadum illa scripturaru assumpsit testimonia que ifirmitate huana ondit in christo et ne aliquis eius pbatione refelleret dicedo assumpta ab eo testimonia. christo no sm diuina naz: sed humana qunire. nequia aiaz remouit a xpo vt cu quedã corpi huano eo uenire no possint: sicut qd miratus est: q timuit: q orauerit: necessarium fiat hmoi in filiuz dei minoratione iferre. Assumpsit aut in sue ponis assertione pmissuz verbuz

Joan. dicendo. (verbū caro factū ē). ex q̄ accipere volebat q̄ solā carnē verbū assūpserit. nō aūt aiā. ¶ In hac pōne ēt Apollinaris eū secutus ē. ¶ Manifestū ē aūt ex pmissis hanc pōnē ipossibilē eē. ¶ Ostēsū est. n. supra q̄ deus forma corpis eē nō pōt cū igit verbū dei sit deus. (vt ōnsū ē). impossibile est qd̄ verbū dei sit forma corpis vt sit carni ꝓ aia eē possit. ¶ Utilis aūt ē hec rō ɔtra Apollinarē q̄ verbū dei veruȝ deū eē cōfitebat: ꝛ lȝ hoc Arri⁹ negaret tñ ēt cōtra eū predicta ꝓcedit rō: q꞉ nō soluȝ deus nō potest esse forma corporis: sed nec est aliqs sup celestiū spūȝ iter quos supremuȝ filiū dei Arrius ponebat nisi forte fȝ pōnem Origenis q̄ posuit aias humanas eiusdē spēi ꝛ nāe cū sup celestib⁹ spiritib⁹ eē. Cuius opinionis falsitatē supra ōndimus.

Iprobaᵒ

2 ¶ Itē subtracto eo qd̄ ē de rōne hoīs verus hō eē nō pōt: manifestū ēt aūt aiaȝ pn cipaliter de ratione hoīs esse cū sit eius forma si igitur christus aiam non habuit verus homo non fuit: cū tamē eū hoīeȝ aplꝫ asserat dicens. i. Thimot. 2. (Unus ē mediator dei ꝛ hoīum homo christus Jesus.

Ad thi.

3 ¶ Adhuc ex aia nō solum rō hominis: sȝ ex singulariū partiuȝ eius dependet. vñ remota aia oculus caro ꝛ os hominis mortui equiuoce dicunt: sicut oculus pictus aut lapideus: si igitur in christo nō fuit aia neceꝫ est q̄ nec vera caro in eo fuerit nec aliqua alia partiū hoīs: cū tñ hoc dñs in se eē perhibeat dicēs: Luce vlti. (Spiritus carnē ꝛ ossa non habet sicut me videtis habere.

4 ¶ Amp̄. qd̄ gñatur ex aliquo viuēte filius eius dici non potest nisi i eadeȝ specie procedat: non enim vermis dicitur filius animalis ex quo generatur: sed si christus aiam nō haberet: nō eēt eiusdeȝ spēi cum alijs hoībus q̄. n. ꝭm formā differūt eiusdē spēi eē nō pñt: nō igit dici poterit q̄ xp̄s sit filius Marie virginis: aūt q̄ illa sit mater eius: qd̄ tñ in euāgelica scriptura asseritur.

5 ¶ Preterea in euāgelio exp̄sse dr̄ q̄ christus aiam habuit: sicut est illud Math. 26. (Tristis est aia mea vsqȝ ad mortē). ꝛ Jo. 12. (Nunc aia mea turbata est). Et ne forte dicant ipm̄ filium dei animaȝ dici eo q̄ scd̄m eoruȝ positionē loco anime ꝛ carnis sit sumendū est qd̄ dominus dicit Jo. 10.


Math. Jo.

(Potestatē habeo ponendi animaȝ meā ꝛ iterum sumendi eam). ex quo itelligitur aliud quam animam esse in christo qd̄ habuit potestatem ponendi animam suam ꝛ sumendi. non autem fuit in potestate corporis q̄ vniretur filio dei vel separaretur a deo cum hoc etiam nature potestatem excedat: oportet igit intelligi in christo aliud fuisse aminimam ꝛ aliud diuinitatem filij dei cui merito talis potestas tribuitur.

6 ¶ Item tristicia ira ꝛ huiusmodi passiones. sunt anime sensitiue. (vt patet per phylosophum in septimo phisicorū(. Hec aūt in christo fuisse ex euangelijs cōprobaꝫ oꝫ igitur in christo fuisse animā sensitiuaȝ: de qua planū ē q̄ differt a nā diuina filij dei. Textu. cō. 18.

7 ¶ Sed quia potest dici: humana in euāgelijs metaphorice dici de christo: sicut de deo in plerisqȝ locis sacre scripture loquitur: accipiendum est aliquid quod necesse sit vt proprie dictum intelligatur: sicut eniȝ alia corporalia que de Christo euangeliste narrant proprie intelligūtur ꝛ nō metaphorice: ita opȝ non metaphorice de ipso intelligi qd̄ māducauerit ꝛ per ɔ̄ñs qd̄ esurierit. esurire aūt non est nisi habentis animā sensitiuā cū esuries sit appetitus cibi: oꝫ igitur quod christus habuerit aiam sensitiuā.

¶ De errore Apollinaris dicentis animā rationalem non fuisse in Christo: ꝛ de errore Origenis dicentis animaȝ christi añ mundum fuisse creatam. 33.



His autem testimonijs euangelicis Apollinaris conuictus confessus ē in Christo animam sensitiuā fuisse tamen sine mēte ꝛ intellectu: ita qd̄ verbū dei fuerit illi anime loco intellectus ꝛ mentis. ¶ Sed nec h̄ sufficit ad inconuenientia predicta vitanda: homo enim speciem sortitur humanam: ex hoc q̄ menteȝ humanam ꝛ rationem habet. si igitur christus hoc non habuit: verus homo non fuit. nec eiusdem speciei nobiscum. Anima autem ratione carens ad aliam speciem pertinet q̄ȝ anima ratonē habens ꝛ eniȝ. (ꝭm Philosophuȝ in. 8. meth̄). dicitur q̄ in diffinitionibus ꝛ speciebus quelibet differentia eētialis addita. Vel subtracta variat:

Pe erro. nea.

iprobaᵒ

Textu. cō. 10.

specie͂ sicut in numeris vnitas.rõnale aũt est dr̃ia specifica: si igit̃ in xp̃o fuit aia sensitiua sine rõne nõ fuit eiusde͂ spe͂i cũ aia nostra que est rõnem hñs: nec ipse igitur christus fuit eiusdem speciei nobiscum.


2 ¶ Adhuc inter ipsas aias sensitiuas rõne carẽtes diuersitas s̃m spẽm existit. qḋ p3 ex aialibus irrõnalib⁹ q̃ ab inuice͂ spẽ differũt: quoꝝ tñ vnũquodq3 s3 ꝓpriã aia3 spe͂m h3: sic igit̃ aia sensitiua ratiõe carens est q̃si vnũ genus sub se plures species cõprehendens. nihil aũt ẽ in genere qḋ nõ sit in aliq̃ eius specie. Si igit̃ aia christi fuit in genere aie sensitiue rõne carẽtis: o3 q continerec sub aliqua specierũ eius vtpote q fuerit in specie aie leonis vel equi aut alicuius alterius belue: quod est omnino absurdum.

3 ¶ Amp. corpus cõparat̃ ad aiam sicut mã ad formã ꝛ sicut instrumentũ ad pricipale agens. o3 autẽ mãm ꝓportionatã eẽ forme ꝛ instrumẽtũ pricipali agenti: ergo s̃m diuersitatẽ animaꝝ o3 ꝛ corporũ diuersitatẽ eẽ: qḋ ꝛ s̃m sensum apparet. nã in diuersis animalibus inueniuntur diuerse dispositiones membroꝝ secundũ q cõueniunt diuersis dispositionibus aiarum: si ergo in christo non fuit anima qualis est anima nostra: nec membra habuisset sicut sũt membra humana.

4 ¶ Preterea cũ s̃m Apollinarem verbum dei sit verus deus: ei admiratio cõpetere non potest. nam ea admiramur quoꝝ causam ignoramus. similr̃ aũt nec admiratio aie sensitiue cõpeteret cũ aiam sensitiua3 nõ ptineat solicitari de cognitione causaꝝ. In christo ãt admiratio fuit sicut ex euãgelijs probat̃: dicit̃ eni Mathe. octauo. (q audiens Jhs verba Cẽturiõis miratus est). o3 igit̃ preter diuinitatẽ verbi ꝛ animã sensitiuã in christo aliqḋ ponere s3 q admiratio ei cõpetere possit. s. mentẽ humanã: manifestũ est igit̃ ex predictis q in christo verum corp⁹ humanu3 ꝛ vera aia humanã fuit. Sic igit̃ qḋ Joan. dicit. (verbũ caro factũ est). nõ sic itelligit̃ quasi verbum sit in carnẽ cõuersum: neq3 sic q verbum carnẽ solam assumpserit: aut aiam sensitiuã sine mẽte: sed scḋm cõsuetũ scripture modũ ponit̃ pars ꝓ toto: ꝛ sic dictũ sit verbũ caro factũ est: ac si diceret̃. verbũ homo factũ est. nã ꝛ anima interdum ponitur ꝓ hoĩe in scriptura: dicit̃. n. Exo. primo (Erãt oẽs aie: que egresse sunt de femore Jacob septuaginta). similiter etiã ꝛ caro ꝓ toto hoĩe ponitur: dicit̃. n. Isa. 40. (Videbit oĩs caro pariter q os domini locutũ est). sic igitur ꝛ hic caro ꝓ toto homine ponitur ad exprimendam humane nature infirmitatem quam verbum assumpsit.

¶ Si autẽ christus humanam carnẽ ꝛ humanam animã habuit. (vt ostẽsum est). manifestũ est animã christi nõ fuisse ante corporis ei⁹ cõceptionẽ. (oñsu3 est. n.) q humane aie ꝓprijs corporibus nõ preexistunt. vñ p3 falsu3 eẽ Origenis dogma dicentis aia3 xp̃i ab initio ante corpales creaturas cũ oĩbus alijs sp̃ualibus creaturis creatã ꝛ a Vbo dei assumptã ꝛ demũ circa fines seculoꝝ ꝓ salute hoĩu3 carne fuisse indutã.

¶ De errore Theodori mofuesteni circa vnionem verbi ad hominẽ. 34.



Ex premissis igitur apparet q christo nec diuina natura defuit vt Ebion Cerinthus ꝛ Fotinus dixerũt ¶ Nec verũ corp⁹ humanũ s̃m errorem Manichei atq3 Valentini. ¶ Nec etia3 hũana aia sic posuerũt Arrius ꝛ Apollinaris. ¶ His igit̃ tribus substãtijs in xp̃o cõuenientib⁹. s. diuinitate: aia hũana: ꝛ vero hũano corpore: circa hoꝝ vnione3 qḋ sentiendũ sit s̃m scripturaꝝ documenta ingrediẽdũ restat. ¶ Theodor⁹ igit̃ mofuesten⁹ ꝛ Nestorius ei⁹ sectator tale3 sñia3 de p̃dicta vnione ꝓtulerũt. ¶ Dixerunt. n. q aia hũana ꝛ corpus hũanũ nãli vniõe cõuenerũt in xp̃o ad cõstitutionẽ vnius hoĩs eiusde3 speciei ꝛ nãe cũ alijs hoĩbus. ꝛ q i hoc hoĩe de⁹ habitauit sic in templo suo. s. per gratiã sic̃ ꝛ in alijs hoĩbus sactis vnde dr̃ Joan. scḋo. q ipse iudeis dixit. (Sol vite templũ hoc ꝛ in tribus diebus excitabo illud). ꝛ postea euangelista quasi exponens subdit. (Ille aute3 dicebat de templo corporis sui). ꝛ apostolus Col. primo dic̃. (q in ipso cõplacuit oẽm plenitudinẽ habitare). ꝛ ex hoc cõsecuta est vlterius queda3 affectualis vnio inter hominẽ illu3 ꝛ deu3: dum ꝛ homo ille bona sua volunte deo

inhesit et deus sua volūtate illū acceptauit
Jo. fm illud Joan.octauo. (Qui misit me: mecū est: et nō reliqt me solū: qa q̄ placita sunt ei facio semper). vt sic intelligatur talis eē vnio hoīs illius ad deū q̄lis est vnio
ad cor.¹ de q̄ apostolus dicit p̄rio Cor.sexto. (Qui adheret deo vnius spiritus est). et sicut ex hac vnione nomina q̄ p̄p̄rie deo cōueniūt ad hoīes trāsferunt vt dicant dij: et filij dei: et dn̄i et sancti: et christi: sicut ex diuersis locis scripture patet: ita et nomina diuina homini illi cōueniunt v: p̄pter dei inhabitationē et vnionē affectus dicat et de⁹: et dei filius. et dominus et sanctus et xp̄s: sed tamē q̄ in illo hoīe maior plenitudo gratie fuit q̄ in alijs hoībus sanctis: fuit p̄re ceteris tēplum dei: et artius deo fm affectū vnitus et singulari quodā priuilegio diuina nomina participauit: et p̄pter hāc excellentiam gratie constitutus est in participatiōe diuine dignitatis et honoris: vt.s.coadoret deo. et sic fm p̄dicta oz q̄ alia sit p̄sona verbi dei: et alia p̄sona illius hoīs qui verbo dei coadorat. ¶ Et si dicatur vna p̄sona vtriusq̄: hoc erit p̄pter vnionē affectualē p̄dictam: vt sic dicat homo ille et dei verbum vna p̄sona: sicut dr̄ de viro et muliere q̄ iā non sunt duo sed vna caro: et q̄ talis vnio nō facit vt qd̄ de vno dr̄ de altero dici possit: nō.n.q̄cquid cōuēit viro verū est de muliere aut ecōuerso. ideo in vniōe verbi et illius hoīs hoc obseruādū putant q̄ ea q̄ sūt p̄p̄ria illius hoīs ad hūanā nām p̄tinentia de verbo dei aut de deo cōuenienter dici nō possunt sic hoī illi cōuenit q̄ sit natus de virgine: q̄ passus: mortuus et sepultus: et hm̄ōi q̄ oīa asserunt de deo vel de dei verbo dici nō debere. Sed q̄a sunt quedā nomina q̄ et si deo p̄ricipaliter cōueniāt: cōicant tamē hoībus p̄ aliquē modum: sicut xp̄s dn̄s sanctus: et etiā fili⁹ dei. de hm̄ōi nominib⁹ fm eos nihil p̄hibet p̄dicta p̄dicari: cōuenienter.n. dr̄ scd̄m eos q̄ christus dn̄s glīe vel sanctus sanctorū vel dei filius sit natus de virgine passus mortuus et sepultus. vnde et beatā virginē nō matrē dei vel verbi dei: sed matrē christi nominā
ip̄roba⁹ dam esse dicūt. ¶ Sed si q̄s diligenter cōsideret: predicta positio veritatē icarnationis excludit. ¶ Non fm p̄dicta verbum dei fuit homini illi vnitum nisi fm inhabitationē p̄ gratiā ex qua cōsequit vnio voluntatū: inhabitatio autē verbi dei in hoīe nō est verbū dei incarnatū. habitauit enim verbū dei et deus ip̄e in oībus sanctis a cōstitutiōe mūdi: fm illud apostoli secundo Cor.6. (Vos estis tēplum dei viui sicut dicit dominus: q̄m inhabitabo in illis). que tamē inhabitatio, incarnatio dici nō pōt. alioquin frequēter ab initio mundi deus incarnatus fuisset. ¶ Nec etiā ad incarnationis rationē sufficit si verbū dei aut de⁹ plenior gratia habitauit in illo hoīe: q̄ magis et minus speciē nō diuersificant vniōis Cū igit christiana religio in fide icarnationis fundet euidēter apparet qd̄ p̄dicta positio fundamētū christiane religiōis tollit.
2 ¶ Preterea ex ipso modo loquendi scripturarū falsitas predicte positiōis apparet. ¶ Inhabitationē eni verbi dei in sanctis hoībus consueuit sacra scriptura his modis significare. (locutus est dn̄s ad Moysen). vel. (dicit domin⁹ ad Mieremiā). aut (factū est verbū domini ad Mieremiā) aut ad aliquē aliorū p̄phetarū. (Factū est verbū domini in manu Aggei p̄phete). nunquā āt legit q̄ verbū domini factū sit vel Moyses vel Mieremias vel aliquis a. ¶ Hoc āt modo singulariter vnionē verbi ad carnē christi designat euāgelista dicēs (Verbū caro factū est). vt supra expositū est. ¶ Manifestū est igit q̄ nō solū p̄ modū inhabitatiōis verbum dei in homine christo fuit fz traditiones scripture.
3 ¶ Itē oē qd̄ factū est aliqd: est illud qd̄ factū est sicut qd̄ factū est hō: est hō: et qd̄ factū est albū: est albū. Sz v̄bū dei factum est hō. (vt ex p̄missis habet). igit verbum dei est hō: ipossibile est āūt vt duorū differētiū p̄sona aut Jpostasi vel supposito vnum de altero p̄dicetur. Cū eni dicit: homo est aīal: id ipsum quod aīal est. homo est: et cum dr̄. homo est albus: ip̄e homo albus esse significatur licet albedo sit extra rōnem humanitatis: et ideo nullo modo dici pōt q̄ sortes sit Plato vel aliqd aliud singularium eiusdē vel alterius speciei: si igit. (verbū caro factū est). i. hō vt euāgelista testat: ipossibile est q̄ verbi dei et illius hoīs sint due p̄sone vel due Jpostases vel duo supposita.

4 ¶ Adbuc ꝓnoia dmõstratiua ad ꝑsonã referunt vel ypostasiz vel suppositũ: nemo eniz diceret ego curro alio currẽte nisi forte figuratiue vtpote ꝙ alius loco eius curreret. Sed ille hõ q dictus ẽ Jesus dit de:
Jo. se añq̃ Abraã fieret ego sũ. Joã. 8. ¶ Et Joan. x. (Ego ꝛ pr̃ vnuz sumus). ꝛ plura alia q̃ manifeste ad diuinitatẽ verbi ꝑtinẽt ego manifestũ ẽ qd̃ ꝑsona illi⁹ hoĩs loquẽtis ꝛ ypostasis est ipsa persona filij dei.

5 ¶ Amp̃. (ex superioribus pz). ꝙ neq̃ corpus christi de celo descẽdit sm̃ errorẽ Valentini. Neq̃ aia sm̃ errorẽ Originis. vñ restat ꝙ ad verbũ dei ꝑtineat qd̃ dr̃ descẽdisse non motu locali: sed rõne vnionis ad inferiorẽ nãm. (vt supradictũ est). Sed ille hõ ex persona sua loquẽs dici se descẽdisse
Jo. de celo Joan. 6. (Ego sum panis viuus q de celo descẽdit). necesse est igit̃ personã ꝛ ypostasiz illius hoĩs eẽ personã verbi dei.

6 ¶ Itẽ manifestũ ẽ ꝙ ascẽdere in celum christo homini cõuenit qui vidẽtibus apostolis eleuatus ẽ. (vt dicitur Act. primo.) Descendere autem de celo verbo dei con
Ephe. uenit. Sed apostolus dicit Ephe. quarto. (Qui descẽdit ipse est ꝛ qui ascẽdit). ipsa igitur est persona ꝛ ypostasis illius hoĩs est persona ꝛ ypostasis verbi dei.

¶ Adbuc ei qui originẽ hz ex mũdo ꝛ ꝙ nõ fuit anteq̃ eẽt in mũdo: nõ cõuenit venire in mũ dũ: sed hõ xp̃s sm̃ carnẽ originem habz ex mũdo q2 verũ corpus humanuz ꝛ terrenũ habuit. (vt oñsuz ẽ). sz aiaz vero non fuit anteq̃ eẽt in mundo: habuit enim verã aiam humanã de cuius nã est: vt nõ sit anteq̃ corpi vniat̃. Relinquit̃ igit̃ ꝙ hoĩ illi ex sua humanitate nõ conueniat venire in mũdũ. ipse aũt se dicit venisse in mundũ. (Exiui iquit a patre ꝛ veni in mũ
Joan. dum Jo. 16. manifestuz est igitur id quod verbo dei conuenit de hoĩe illo dicit̃ vere. nam ꝙ verbo dei conueniat venire in mũdum: manifeste oñdit Joãnes euangelista dicẽs (in mundo erat ꝛ mũdus ꝑ ip̃m factus ẽ: ꝛ mũ. eũ nõ cog. in ꝓp̃a venit ꝛc̃). oz igit̃ personã ꝛ ypostasim illius hoĩs loquẽtis eẽ ꝑsonam ꝛ ypostasim verbi dei.

8 ¶ Itẽ apl̃s dicit Hebre. x. (Ingrediẽs
ad hebr. mundũ dicit hostiam ꝛ oblationẽ noluisti. corpus aũt aptasti mihi). ingrediẽs autez mundũ verbũ dei est. (vt oñsum est). ipsi ergo dei verbo corpus aptatur vt. s. sit proprium corpus eius: qd̃ dici nõ posset nisi eẽt eadẽ ypostasis verbi dei ꝛ illi⁹ hoĩs: oz igit̃ esse eandẽ ypostasiz dei verbi ꝛ illi⁹ hoĩs.

9 ¶ Amp̃. oĩs mutatio vel passio ꝯueniẽs corpi alicuius põt attribui ei cui⁹ ẽ corpus si. n. corp⁹ Petri vulneret̃ flagellet̃ aut moriat̃ põt dici ꝙ Petrus vulnerat̃ flagellat̃ aut morit̃. Sed corpus illius hoĩs fuit corpus verbi dei. (vt oñsuz est). ergo oĩs passio que in corpore illius hoĩs facta fuit põt verbo dei attribui: recte igitur potest dici ꝙ verbuz dei ꝛ deus est passus crucifixus mortuus ꝛ sepultus: quod ipsi negabant.

10 ¶ Itẽ apl̃s dic̃ ad Hebre. 2. (Decebat ad hebr.
eũ ꝑꝑ quẽ oĩa: ꝛ ꝑ quẽ oĩa: q multos filios in gl̃iaz adduxerat: auctorẽ salutis eoꝝ per passionem ꝯsumari). ex quo hr̃ qd̃ ille ꝑꝑ quẽ sunt oĩa: ꝛ ꝑ quẽ sunt oĩa: ꝛ qui hoĩes in gl̃iaz adducit: ꝛ q est auctor salutis hũane: passus ẽ ꝛ mortuus. Sed hec q̃ttuor singulariter sunt dei ꝛ nulli alij attribuunt̃ dr̃
eniz prouerb. 16. (Vniuersa ꝑꝑ semetip̃m prouer.
operatus est dñs). ꝛ Joan. p̃mo. de verbo dei dicitur. (Omnia per ipsuz facta sunt). Et in p̃s. (Gratiam ꝛ gloriam dabit dominus). ꝛ alibi. (Salus autem iustoruz a domino). manifestũ est igitur recte dici deum dei verbum esse passum ꝛ mortuum.

11 ¶ Preterea licet aliquis homo participatione diuini domini dominus dici possit nullus homo tamen neq̃ creatura aliqua potest dici dominus glorie: q2 gloriam future beatitudinis solus deus ex natura possidet alij vero per donum gratie. ¶ Vnde ꝛ p̃s dicit̃. (Dominus virtutũ ipse est rex glorie). sed apl̃us dicit dominum glorie eẽ crucifixũ p̃ma Corin. xi. (Si enim cognouissent: nũquam dominũ gl̃ie crucifixissent). vere igit̃ dici potest ꝙ deus sit crucifixus.

12 ¶ Adbuc verbum dei dicitur dei filius per naturam. (vt ex supradictis patet). homo autem propter inhabitationem dei dicitur dei filius per gratiam adoptionis. Sic igitur in domino Jesu Christo secundum positionẽ predictã est accipere vtrũq̃ filiationis modũ. Nã verbũ inhabitãs est dei filius per nãz homo inhabitatus ẽ dei filius per gratiã adoptiõis. vnde hõ ille nõ

verbo dei qd̓ prius fuerit ab eterno in for-
ma dei.i.in natura dei.ꝛ postmodū exina-
niuit semetipsum in similitudinē hominū
factus.¶ Nō pōt aūt intelligi ista exinani-
tio per solā inhabitationē verbi dei in hoie
Jesu christo.¶ Nā verbū dei in oibus sā
ctis a principio mundi habitauit per gr̄am
nec tn̄ dr̄ exinanitū:q2 deus sic suā bonita-
tē creaturis cōicat ꝙ nihil ei subtrahit. sed
magis quodāmodo exaltat scd̓m ꝙ ei9 sub
limitas ex bonitate creaturaꝝ apparet:ꝛ tā
to amplius.quanto creature fuerint melio-
res.vnde si verbū dei plenius habitauit in
hoie christo q̄ȝ in aliis sanctis.minus etiaȝ
h q̄ȝ i aliis cōueniet exinanitio xp̄i.¶ Ma
nifestū est igit̄ qd̓ vnio verbi ad humanam
naturā nō est intelligenda scd̓m solā inhabi
tationē verbi dei in hoie illo vt Nestorius
dicebat:sed scd̓m ꝙ verbū dei vere factum
est hō. sic eniȝ solū habebit locū exinanitio
vt scilicet dicat̄ verbū dei exinanitū.i.par-
uum factū nō amissione proprie magnitu-
dinis.sed assumptōe humane paruitatis.si
cut si aia preexisteret corpori ꝛ diceret̄ fieri
subā corporea q̄ est hō nō mutatōe proprie
nature.sed assūptōe nature corporee.

19 ¶ Preterea manifestū est qd̓ spūs scūs
in hoie christo habitauit.dr̄ enim Luce.4.
(ꝙ Jesus plenus spiritu sancto. regressus
est a iordane).si igit̄ incarnatio verbi scd̓ȝ
hoc solū intelligenda est ꝙ verbū dei in ho
mine illo plenissime habitauit: necesse erit
dicere ꝙ etiā spūs sanctus erit incarnatus
qd̓ est omnino alienum a doctrina fidei.

20 ¶ Adhuc manifestū est verbū dei in sā
ctis angelis habitare qui participatōe ver
bi intelligentia replent̄.¶ Dicit enim apo-
stolus Hebre.secundo.(nusquā angelos
ad hebr. apprehendit sed semē Habrahe apprehen-
dit).manifestū est igit̄ ꝙ assumptio huma-
ne nature a verbo non est secundum solaȝ
inhabitationem accipienda.


21 ¶ Adhuc si secūdū positionē nestorii chri
stus separetur in duos secundū Jpostasim
differentes idest in verbū dei ꝛ hominem
illū:impossibile est qd̓ verbū dei christ9 di-
catur.¶ Qd̓ pȝ tū ex modo loquēdi scriptu
re q̄ nunq̄ȝ ante incarnationē dn̄i deū aut
dei verbū noiat christū.tū ēt ex ipsa nomi-
nis rōne.dr̄ enim christus quasi vnctus. vn-
ctus āt intelligit̄ oleo exultatōis.i.spiritu sā
cto vt Petrus exponit Act.3. nō āt potest Actu.
dici ꝙ verbū dei sit vnctū spiritu sancto:q2
sic spiritus sanctus eēt maior filio vt sancti
ficans sanctificato.oportebit igit̄ qd̓ hō no
men christus solū pro hoie illo possit intelli
gi.¶ Qd̓ ergo dicit aplus ad Phil. scd̓o.
(hoc sentite in vobis qd̓ ꝛ in christo Jesu).
ad hoiem illū referendū est.subdit aūt.(qui
cū in forma dei eēt nō rapinā arbitratus ē
eē se eq̄lē deo).veꝝ igit̄ est dicere qd̓ hō il
le est i forma.i.in natura dei ꝛ equalis deo.
¶ Licet aūt hoies dicant̄ dii filii dei pro-
pter inhabitationē deū.nunq̄ȝ tn̄ dr̄ ꝙ sint
equales deo.pȝ igit̄ quod homo christ9 non
per solam inhabitationem dicitur deus.

22 ¶ Jtē licet nomē dei ad sanctos hoies
transferat̄ propter inhabitationē gratie:nū
quā tn̄ oia q̄ sunt solius dei sicut creare ce
lū ꝛ terrā aliqd huiōi:de aliquo sanctoruȝ
propter inhabitationē gratie dr̄.Christo āt
homini attribuit̄ inquantū creatio. dr̄ eniȝ
Hebre.tertio.(Cōsiderate aplm ꝛ pontifi
cē confessiōis nostre Jesum christum qui ad hebr.
fidelis est ei qui fecit illum.sicut ꝛ Moyses
in omni domo illius).quod oȝ de hoie illo
ꝛ nō de dei verbo intelligi.tū q2 ostensuȝ ē
ꝙ secundū positionē nestorii verbū dei chri
stus dici nō pōt.tū q2 verbum dei nō est fa
ctū sed genitū.Addit aūt apl's. (amplioꝛi
gloria iste pre Moyse dignus habitus ē).
quanto ampliorē honorē hȝ domus qui fa-
bricauit illā hō igit̄ christus fabricauit do-
mū dei.qd̓ cōsequēter apl's probat subdēs
(ois nāq̄ȝ domus fabricat̄ ab aliquo.q aūt
oia creauit deus est).sic igit̄ apostolus p-
bat qd̓ hō christus fabricauit domū dei p
hoc ꝙ deus creauit oia:q̄ pbatio nulla eēt:
nisi xp̄s eēt de9 creās oia:sic igit̄ hōi illi at
tribuit̄ creatio vniuersoꝝ qd̓ ē ppriū opus
dei.est igit̄ hō christus ipse deus sm̄ Jpo-
stasim ꝛ nō rōne inhabitatōis tantum.

23 ¶ Amplius manifestū est ꝙ hō christ9
loquens de se.multa diuina dicit ꝛ supna-
turalia.vt est illud Jo.6.(Ego resuscitabo
illū in nouissimo die).ꝛ Jo.10.(Ego vitaȝ
eternā do eis).quod quideȝ eēt summe su
perbie si ille homo loquens non eēt secun-
dum Jpostasim ipse deus.sed solum habe-
ret deum inhabitantē.hoc aūt homini chri

sto nõ ɔpetit qui de se dicit Math.xi.(Di scite a me q̃ mitis sum ꝛ humilis corde). est igitur eadem persona hoīs illius ꝛ dei.
24 ¶ Preterea sicut legit̃ in scripturis ꝙ hõ ille est exaltatus. dicit̃ enim Act. scđo. (Dextera igit̃ dei exaltatus ꝛc̃.). ita legit̃ ꝙ deus sit exinanitus Phili. scđo. (Exinanivit semetipsũ ꝛc̃.). sicut igit̃ sublimia pñt dici de hoīe illo rõne unionis qđ sit deꝰ ꝙ resuscitet mortuos ꝛ alia hmõi. ita de deo pñt dici humilia. vt quod sit natus de virgine: passus: mortuus ꝛ sepultus.
25 ¶ Adhuc relatiua tam verba q̃ pronomina idẽ suppositũ referunt. dicit enĩ apostolus Col. primo loquẽs de filio dei. (In ipso ɔdita sũt vniuersa i celis ꝛ i terra visibilia ꝛ inuisibilia). ꝛ postea subdit. (Et ipse est caput corporis ecclesie q̃ ẽ pn^m primogenitus ex mortuis). Manifestũ est autẽ quod hoc quod dr̃. in ipso condita sunt vniuersa: ad verbum dei pertinet. ꝙ ãt dr̃ primogenitus ex mortuis. homini christo cõpetit. sic igit̃ dei verbũ ꝛ hõ christus sunt vnũ suppositũ. ꝛ per consequens vna persona. ꝛ oꝫ qđ quicquid dicitur de homie illo dicatur de verbo dei ꝛ econuerso.
26 ¶ Item apostolus dicit primo ad Cor. octauo. (Unus est dominus iesus christꝰ per quem omnia). Manifestum est autẽ quod iesus christus nomen illius hominis per quem oīa. conuenit verbo dei. sic igitur verbũ dei ꝛ homo ille sunt vnus dominus nec duo domini nec duo filij vt Nestorius dicebat. ꝛ ex hoc vlterius sequit̃ qđ verbi dei ꝛ hominis sit vna persona. ¶ Si quis aũt diligenter consideret. hec Nestorij opinio quantũ ad incarnatōis mysteriũ parũ differt ab opinione Fotini. q̃ vterqꝫ hoīem illũ deũ asserebat solũ propter inhabitationẽ gratie: q̃uis Fotinus dixerit ꝙ ille hõ nomẽ diuinitatis ꝛ gloriã per passionẽ ꝛ bona opa meruit. ¶ Nestorius autẽ confesus est quod a principio sue conceptionis huiusmodi nomen ꝛ gloriam habuit ꝓpter plenissimam habitationeꝫ dei in ipo. ¶ Circa generationem autem eternã verbi multũ differebant. nã Nestorius eã cõfitebatur. Fotinus vero negabat omnino.

¶ Contra erroreꝫ euticetis. 35.



Quia ergo sicut multipliciter ostensuꝫ est. ita oꝫ mysteriũ incarnatiõis intelligi ꝙ verbi dei ꝛ hominis sit vna eadẽqꝫ persona. relinquit̃ tñ quedã circa huius veritatis considerationẽ difficultas. naturã enĩ diuinã necesse est vt supra personalitas consequat̃. ¶ Siłr aũt videt̃: ꝛ de humana nã. ¶ Nã omne ꝙ subsistit in intellectuali vł rationali nã hꝫ rõnem persone. vñ nõ videt̃ eẽ possibile ꝙ sit vna persona ꝛ sint due nature diuina ꝛ humana. ¶ Ad huius aũt difficultatis solutionẽ diuersi diuersas positiones attulerunt. ¶ Eutices. n. vt vnitatẽ psõe cõtra Nestoriũ seruaret in xp̃o. dicit i xp̃o eẽ ẽt vnã naturã ita ꝙ q̃uis ante vnionem eẽnt due nature distincte diuina ꝛ humana. in vniõe tamẽ coierunt in vnam naturã. ꝛ sic dicebat xp̃i personam ex duabus naturis esse. non autem et duabus naturis subsistere. propter quod in Calcedonẽsi synodo est condẽnatus. ¶ Huius autem positionis falsitas ex multis apparet. (ostensum. n. ẽ supra). ꝙ in xp̃o Jesũ ꝛ corpꝰ fuit ꝛ aīa rõnalis ꝛ diuinitas ꝛ mãifestum ẽ ꝙ corpꝰ xp̃i ẽt post vnionẽ nõ fuit ipsa [illegible] diuinitas. ¶ Nã corpꝰ xp̃i ẽt post vnionẽ [illegible] fuit ꝛ corpeis ocul̃ visibile ꝛ liniamẽtis mẽbroꝝ distinctũ. q̃ oĩa aliẽa sũt a diuinitate vbi. (vt ex supioribꝰ pꝫ). siłr ẽt aīa xp̃i post vnionẽ aliud fuit a diuinitate verbi. q̃ aīa christi ẽt post vnionẽ passiõibus tristicie et doloris ꝛ ire affecta fuit q̃ ẽt diuinitati verbi nullo mõ cõuenire pñt. (vt ex pmissis pꝫ). aīa aũt hũana ꝛ corpus cõstituũt hũanã naturã. sic igit̃ ẽt post vnionẽ. hũana natura in christo fuit aliud a diuinitate verbi q̃ est natura diuina. Sunt igitur in christo etiam post vnionem due nature.
2 ¶ Itẽ nã est scđm quã res aliqua dr̃ res nãl's. dr̃ ãt res nãlis ex hoc qđ hꝫ formam sicut ꝛ res artificialis. Nõ. n. dr̃ domꝰ antequã habeat formã artis. ¶ Et siłr nõ dr̃ equus antequã habeat formã nãe sue forma igit̃ rei nãlis est eius nã. oꝫ ergo dicere ꝙ in christo sint due forme ẽt post vnioneꝫ. dicit enim aplus Phil. scđo de xp̃o. (iesu qđ cũ in forma dei eẽt formã sui accepit). nõ aũt põt dici qđ sit eadẽ forma dei ꝛ for

Dubi. (margin)
põ erronea (margin)
iproba. (margin)
Phil. (margin)


ma serui. nihil eniꝫ accipit quod iā bꝫ ꝛ sic si eadē est forma dei ꝛ forma serui cū iam formā dei habuisset nō accepisset formam serui. ⁋ Neqꝫ iterū pōt dici ꝙ forma dei in christo per vnionē sit corrupta qꝛ sic christ⁹ post vnionē nō eēt deus. ⁋ Neqꝫ iterū potest dici ꝙ forma serui sit corrupta in vniōe qꝛ sic nō accepisset formā serui. ⁋ Sꝫ nec dici pōt ꝙ forma serui sit permixta forme dei: qꝛ q̄ permiscent̄ nō manent integra. sꝫ partim vtrūqꝫ corrūpit̄: vnde nō diceret ꝙ accepisset formā serui sed aliquid eius. ꝛ sic oꝫ dici fm verba apl'i ꝙ in xp̄o etiam post vnionē fuerūt due forme: ergo due nature.

3 ¶ Amp̄. nomē nāe primo impositū est ad signādū ipsā generationē nascentiū. ⁋ Et ex inde trāslatū est ad signādū principium generatōis hmōi. ⁋ Et inde ad signanduꝫ principiū motus intrinsecū mobili. ⁋ Et qꝛ hmōi principiū est mā vel forma. vlteri⁹ nā dicit̄ forma vel mā rei nālis habentis in se principiū motus. ⁋ Et qꝛ forma ꝛ mā constituūt eēntiā rei nā talis extensum ē nomē nāe ad significandū eēntiā cuiuscūque rei in nā existētis vt sic nā alicuius rei dicatur eēntia quā significat diffinitio. ꝛ h⁰ mō h̄ de nā est q̄stio. sic. n. dicimus humanā naturā eē in christo ꝛ diuinā. ⁋ Si igit̄ vt Euticês posuit humana nā ꝛ diuia fuerūt due ante vnionē sed ex eis in vniōe ꝯflata ē vna nā. oꝫ hoc eē aliquoꝝ modoꝝ fm quos ex multis natum est vnum fieri. ⁋ Fit autēꝫ vnū ex multis vno quidem mō fm ordinē tantum sicut ex multis domibus fit ciuitas. ꝛ ex multis militib⁹ fit exercit⁹. ⁋ Alio modo ordine ꝛ cōpositōe sicut ex partibus domus cōiunctis ꝛ ꝑ tecti colligationē domus fit. sed hi duo modi nō competunt ad constitutionē vnius nature ex pluribus. ea igitur quorum forma est ordo vel compositio nō sunt res nāles vt sic eoꝝ vnitas possit dici vnitas nature. ⁋ Tertio modo ex pluribus fit vnum per commixtionem: sicut ex quattuor elementis fit corpus mixtū hic etiā modus nullo mō competit ad positum. ⁋ Primo quidem quia mixtio nō ē nisi eorum que communicant in materia ꝛ que agere ꝛ pati adinuiceꝫ nata sunt quod quidem hic esse non potest. (ostensum ē eni primo libro). ꝙ deus immaterialis ꝛ omnino impossibilis ē. ⁋ Secūdo quia ex his quorum vnum multum excedit aliud mixtio fieri non potest. si quis enim guttaꝫ vini mittat in mille amphoras aque: nō erit mixtio sed corruptio vini: propter quod etiam nec ligna in fornace ignis missa dicim⁹ misceri igni sed ab igne consummi propter excellentem ignis virtutem. diuina autem natura in infinitum humanam excedit: cuꝫ virtus dei sit infinita. (vt in ipso ostensum est). nullo igitur modo posset fieri mixtio vtriusqꝫ nature. ⁋ Tertio quia dato ꝙ fieret mixtio neutra natura remaneret saluata. Miscibilia enim in mixtio nō saluātur si sit vera mixtio. scđ igit̄ ꝑmixtōe vtriusqꝫ nāe diuine. s. ꝛ hūane: neutra nā remaneret sꝫ aliqd tertiū. ꝛ sic xp̄s nō eēt deus neque hō. nō igr̄ sic pōt intelligi qđ Euticês dixit añ vnionē fuisse duas nās post vnionē xp̄o vnā in dño iesu xp̄o q̄si ex duab⁹ nāis sit cōstituta vna nā. relinqt̄ ergo ꝙ h̄ itelligat̄ h⁰ mō ꝙ altera tm̄ eaꝝ post vnionē remanserit: aut igr̄ fuit in xp̄o sola nā diuina: ꝛ id ꝙ videbat̄ in eo hūanū. fuit fātasticū. (vt Manicheus dixit). aut diuina nā cōuersa est in hūanā nāꝫ: vt Apollinaris dixit ꝯtra quos supra disputauim⁹. relinquitur igit̄ hoc eē impossibile ante vnionem fuisse duas naturas in xp̄o: post vnionē vero vnam.

4 ¶ Amp̄. nūq̄ꝫ inuēit̄ ex duab⁹ nāis manētib⁹ fieri vnā eo ꝙ q̄libꝫ nā ē qđdā totū. ea xp̄o ex qb⁹ aliqd ꝯstituit̄ cadūt i rōēꝫ ꝑtis. vñ cū ex aīa ꝛ corꝑe fiat vnū. neqꝫ corpus neqꝫ aīa nā dici pōt sicut nūc loqmur de nā qꝛ neutꝝ hꝫ spēꝫ ꝯpletā. sꝫ vtrūqꝫ ē ꝑs vni⁹ nāe. cū igr̄ nā hūana sit q̄dā nā ꝯpleta ꝛ sit̄ nā diuia: ipoīe ē ꝙ ꝯcurrāt i vnā nāꝫ nisi vl̄ vtraqꝫ vl̄ alia corrūpat̄ q̄ eē nō pōt cū ex supradictis pateat vnū xp̄ꝫ ꝛ veꝝ deū ꝛ verū hoīeꝫ eē ipoīe ē igit̄ in xp̄o vnā eē tm̄ nām.

5 ¶ Itē ex duobus manētibus. vna nā constituit̄ vel sicut partibus corporalibus sicut ex mēbris cōstituit̄ aīal. qđ hic dici nō pōt cū diuina nā nō sit aliqd corporeū. vel sicut ex mā ꝛ forma cōstituit̄ aliqd vnū. sicut ex aīa ꝛ corꝑe aīal: qđ ēt nō pōt in proposito dici. (oñsū ē. n. in p̄io lib.). ꝙ deus neque mā ē neqꝫ alicuius forma eē pōt. si igit̄ xp̄s ē verus deus ꝛ verus hō. (vt oñsuꝫ ē). impossibile ē qđ in eo sit vna natura tantum.

igitur in christo erunt due persone. vna illi us hominis de nouo constituta. et alia eterna verbi dei.quod est nestoriane impietatis.
2 ¶ Item et si hypostasis illius hominis non posset dici persona.tamen idem est hypostasis verbi dei quod persona.si igitur hypostasis verbi dei non est illius hominis neque etiam persona verbi dei erit persona illius hominis.et sic scilicet erit quod dicunt quod persona illius hominis est persona verbi dei.
3 ¶ Adhuc dato quod persona esset aliud ab hypostasi verbi dei vel hominis non posset alia differentia inueniri:nisi quod persona supra hypostasim addit proprietatem aliquam:nihil enim ad genus substantie pertinens addere potest:cum hypostasis sit completissimum in genere substantie.quod dicitur substantia prima. si igitur vnio facta est secundum personam et non secundum hypostasim:sequitur quod non sit facta vnio nisi secundum aliquam proprietatem accidentalem quod iterum redit in errorem nestorij.
4 ¶ Amplius Cirillus dicit in epistola ad Nestorium que est in effesina approbata synodo.(Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam vnitum ex deo patre verbum vnumque esse christum cum sua carne:eundem videlicet deum simul et hominem anathema sit).et fere vbique in synodalibus scriptis hoc errori Nestorij deputatur quod posuit duas in christo hypostases.
ca° 12° 5 ¶ Preterea.(Damascenus in tertio libro dicit ex duabus naturis perfectis dicimus esse factam vnionem non secundum prosobicam.i.personalem vt dei inimicus dicit Nestorius sed secundum hypostasim).vnde patet expresse quod hec fuit positio Nestorij confiteri vnam personam et duas hypostases.
6 ¶ Item hypostasis et suppositum oportet idem esse: nam de prima substantia que est hypostasis omnia alia predicantur.s.et vtia in genere substantie:et accidentia (secundum philosophum in predicamentis).si igitur in christo non sint due hypostases per omne neque duo supposita.
7 ¶ Adhuc si verbum et homo ille supposito differunt oportet quod supposito homine illo non supponatur verbum dei nec econuerso.sed distinctis suppositis necesse est et ea que de ipsis dicuntur distingui.nam supposito homini non subueniunt predicta diuina nisi propter verbum neque econuerso: seperati igitur accipienda erunt que de christo in scripturis.dicuntur diuina.s.et humana: quod est contra sententiam Cirilli in synodo confirmatam dicen-
Cirillus tis.(Si quis personis duabus vel subsistentiis voces que sunt in euangelicis et apostolicis scripturis impartit voces.aut de christo a sanctis dictas. aut ab ipso de se et quasdam quidem velut homini preter illud ex deo verbum specialiter intellecto applicat.quasdam vero velut deo docibiles soli ex deo patre verbo anathema sit.
8 ¶ Amplius.sed ponentes predictam ea que verbo dei conueniunt per naturam de illo homine non dicerentur nisi per quandam associationem in vna persona hoc enim signat replicatio interposita cum sic exponunt homo ille creauit stellas.i.filius dei qui est homo ille et sic de aliis huiusmodi:vnde cum dicitur homo ille est deus. sic intelligitur homo ille verbo eius deus existit.
Huiusmodi autem locutiones condemnat cirillus dicens.(si quis audet dicere assumptum hominem adorari oportere dei verbo conglorificari et coappellari deum quasi alterum alterius.id.n.quod est semper quotiens additur hoc intelligi cogit.et non magis vna adoratione honorificat emanuelem et vnam ei glorificationem adhibet secundum quod factum est caro verbum anathema sit).
9 ¶ Preterea.si homo ille supposito est aliud a dei verbo non potest ad personam verbi pertinere nisi per assumptionem qua assumptus est a verbo. sed hoc est alienum a recto sensu fidei.dicitur.n.in effesina synodo ex verbis felicis pape et martyris.(credimus in deum nostrum iesum de virgine Maria natum quia ipse est dei sempiternus filius et verbum et non homo a deo assumptus vt alter sit preter illum.neque.n.hominem assumpsit dei filius vt sit aliquis preter ipsum sed deus existens perfectus factus sit et homo perfectus incarnatus de virgine.
10 ¶ Item que sunt plura supposito:simpliciter plura sunt.nec sunt vnum nisi secundum quid:si igitur in christo sunt duo supposita sequitur quod sit simpliciter duo et non sit vnum nisi secundum quid quod est soluere iesum. quia vnumquodque in tantum est:inquantum vnum est:quod igitur non est simpliciter vnum non est simpliciter ens.
¶ Quid fides catholica sentiat de incarnatione christi. 39.



Ex supradictis igitur manifestum est:quod secundum catholice fidei traditionem oportet dicere quod in christo sit vna natura diuina perfecta et humana nam perfecta ex anima.s.rationali et humana carne constituta.et quod he due nature vnite sunt in christo non per solam inhabitationem.neque accidentali modo vt homo vnitur vestimento neque in sola personali habitudine et proprietate sed secundum vnam hypostasim et suppositum vnum. Hoc.n.so

lum mō saluari pōt ea q̄ in scripturis circa īcarnationē tradūt:cū.n.scriptura sacra in distincte q̄ sunt dei hōi illi attribuat ꝛ q̄ sūt illius hoīs deo.(vt ex premissis pꝫ).oportet vnū ꝛ eundē eē de quo vtraq̄ dicanꝫ. sꝫ q: opposita de eodē scdm idē dici verē nō pōt diuina āt ꝛ humana q̄ de christo dicuntur:oppositionē hnt:vtpote passū ꝛ impossibile mortuū ꝛ imortale ꝛc.huius necesse est q̄ fm aliud ꝛ aliud diuina et humana predicenꝫ de christo.sic igiꝫ quantū ad id de q̄ vtraq̄ predicāꝫ.nō est distinctio facienda. sed inueniꝫ vnitas quātū āt ad id scdm qd predicanꝫ distinctio est facienda: naturales āt proprietates predicanꝫ de vnoquoq̄ sꝫ eius naturā:sicut de hoc lapide ferri deorsum fm naturā grauitatis: cū igiꝫ aliud ꝛ aliud sit fm q̄ diuina ꝛ humana predicanꝫ de christo.necesse est dicere in christo eē duas naturas incōfusas ꝛ ipermixtas : id aūt de quo predicanꝫ proprietates naturales fe cundū naturā ppriā ad genus sube pertinētē est hypostasis ꝛ suppositū illius nature. q: igiꝫ indistinctū est ꝛ vnū id de quo hūana ꝛ diuina predicanꝫ circa christū: necesse est dicere christū eē vnā hypostasim ꝛ vnū suppositū humane ꝛ diuine nature.sic enī vere ꝛ proprie de hoīe illo predicabunꝫ diuina fm hoc q̄ hō ille importat suppositū nō solū humane nature sed diuine ꝛ econuerso de verbo dei predicāꝫ hūana inquātū est suppositū humane nature.¶ Ex quo etiā pꝫ q̄ lꝫ filius sit incarnatus:nō tn̄ oꝫ patrē vel spm̄ scm̄ eē incarnatū.cū incarnatio nō sit facta scdm vnionē in natura in qua tres persone diuine conueniunt sed fm hypostasim ꝛ suppositū.prout tres persone distinguūꝫ.ꝛ sic sicut in trinitate sunt plures persone subsistentes in vna natura. ita in mysterio incarnationis est vna persona subsistens in pluribus naturis.

¶ Obiectiōes cōtra fidē incarnatōis. 40.



p^{a} obiectio. Ed contra hanc catholice fidei sententiam plures difficultates cōcurrūt propter quas aduersarii fidei incarnationē īpugnāt. (Ostum est enim in primo libro.q̄ deus neq̄ corpus est neq̄ virtus in corpore. si āt carnē assumpsit.sequiꝫ q̄ vel sit mutatꝰ in corpus.vel q̄ sit virtus in corpore post incarnationem : impossibile igitur videꝫ deum fuisse incarnatum.

ca^{o}.20.

2 ¶ Itē oē qd acquirit nouā naturā est substantiali mutatōi subiectū:fm hoc.n. aliqd gnāꝫ.q̄ nāꝫ aliquā acqrit.si igiꝫ hypostasis filij dei fiat de nouo subsistens in nā humana:videtur q̄ eēt substantialiter mutata.

3 ¶ Adhuc nulla hypostasis alicuius nature extēdiꝫ extra naturā illā quin potius natura inueniꝫ extra hypostasim.vtpote multas hypostases sub se hñs.si igiꝫ hypostasis filij dei sit per incarnationem facta hypostasis humane nature.sequitur quod filius dei non sit vbiq̄ post incarnationem:cum humana natura vbiq̄ non sit.

4 ¶ Amp.rei vniꝰ ꝛ eiusdē nō ē nisi vnū q̄ qd ē.hoc.n.significat substātiā rei q̄ vnius vna ē.sꝫ nā cuiuslibꝫ rei ē qd qd ē eiꝰ:nā.n. rei ē quā significat diffinitio: ipossē ē igiꝫ vt vē q̄ vna hypostasis i duabꝰ nāis subsistat.

5 Ite.in his q̄ sūt sine mā nō pōt eē aliud qdditas rei ꝛ aliud res.(vt supra oñsū ē). ꝛ hꝰ pcipue ē i deo.q nō ē solū sua qdditas sꝫ ēt suū eē.sꝫ hūana nā nō pōt eē idē q̄ diuina hypostasis ergo ipossibile eē vr q̄ diuina hypostasis subsistat in hūana nā.¶ Itē nā est simplicior ꝛ formalior hypostasi.q̄ in ea subsistit. nā p additionē alicuius materialis nā cōis indiuiduaꝫ ad hāc hypostasim:si igiꝫ diuina hypostasis subsistat i hūana nā.vr seq q̄ hūana nā sit simplicior ꝛ formalior q̄ diuia hypostasis q̄ ē oino ipossē.

6 ¶ Adhuc in his solū q̄ sūt ex mā ꝛ forma ꝯposita differre īueniꝫ singulare ꝛ qdditas eius:ex eo q̄ singulare est indiuiduatū per māꝫ designatā.q̄ in qdditate ꝛ natura speī nō icludiꝫ.in signatōe.n. socratis icluditur hec mā.nō āt in rōne hūane nāe:ois igitur hypostasis in nā hūana subsistēs est constituta per naturā signatā.qd de diuina hypostasi dici nō pōt:nō ē igꝫ possibile vt vr:qd hypostasis Vbi dei subsistat i hūana nā.


7 ¶ Amp.aia ꝛ corpꝰ in christo nō fuerūt minoris virtutis q̄ in alijs hoībus . sed in alijs hoībus ex sua vnōe constituunt suppositū hypostasim ꝛ psonā : igiꝫ ꝛ i christo ex vnōe aie ꝛ corpis ꝯstituiꝫ suppositū hypostasis ꝛ psōa:nō āt suppositū hypostasis ꝛ psona Vbi dei q̄ ē eterna: igiꝫ in christo

tiones diuerse. ⁊ hoc ideo est qz opationes nõ multiplicanť solũ sm diuersa subiecta opatiua. sed ẽt sm diuersa principia: quibus vnũ ⁊ idẽ subiectũ operať: a quibus ẽt opationes spẽm trahunt: diuina vero nã multo plus distat ab humana q̃z nãlia pncipia humane nãe abinuicẽ. est igiť alia ⁊ alia voluntas ⁊ opatio diuine ⁊ humane nature in christo: lz ipse christus sit in vtraqz nã vnus.

7 ¶ Itẽ ex auctoritate scripture manifeste ostendiť in christo duas volũtates fuisse: dicit enim ipse Jo. 6. (descendi de celo nõ vt faciã voluntatẽ meã. sed voluntatẽ eius q misit me). ⁊ Luce. 22. (Nõ mea voluntas sed tua fiat). ex quibus pz q in christo q̃dã voluntas propria eius preter voluntatẽ patris. manifestũ est ãt q in eo fuit voluntas quedã cõis sibi ⁊ patri: patris enim ⁊ filii sicut est vna nã. ita etiã est vna voluntas. sũt igiť in christo due voluntates. ¶ Idẽ autez ⁊ de opatõibus pz. fuit enim in christo vna opatio sibi ⁊ patri cõis. cũ ipse dicat Jo. 5. (quecũqz pater facit. hec ⁊ silr filius facit). ¶ Est aũt in eo ⁊ alia opatio que nõ cõuenit patri. vt dormire esurire comedere. ⁊ alia hmõi que christus humanitus fecit vel passus est. vt euãgeliste tradũt. nõ igiť fuit i christo vna tm̃ opatio. ¶ Videť aũt hec po sitio ortũ habuisse ex hoc q eius auctores nesciebant distinguere inter id qd est simpliciter vnũ ⁊ ordine vnũ. ¶ Viderunt enim voluntatẽ hũanã in christo oĩno sub voluntate diuina ordinatã fuisse ita q nihil volũtate humana christus voluit nisi sz q eum velle voluntas diuina disposuit. silr ẽt nihil christus sm humanã naturã opatus est vl agendo vel patiendo nisi q voluntas diuina disposuit sm illud Jo. 8. (Que placita sũt ei. facio sp). hũana ẽt opatio christi quãdã efficatiã diuinã ex vniõe diuinitatis cõseq̃batur. sicut actio secũdarij agentis conseqť efficatiã quãdã ex pncipali agẽte ex hoc cõtingit q q̃libet eius actio vl passio fuit salubris. pp qd Diony. hũanã xp̃i opationẽ vocat theandricã. i. dei virilẽ. ⁊ ẽt qz ẽ dei ⁊ hominis. ¶ Vidẽtes igiť hũanã voluntatem ⁊ opationẽ christi sub diuina ordinari infallibili ordine iudicauerũt in christo eẽ tm̃ voluntatẽ ⁊ operationẽ vnã q̃uis nõ sit idem vt dictum est vnũ ordinis ⁊ vnũ simplr.

origo positionis ...

¶ Cõtra eos q dixerũt ex aĩa ⁊ corpore nõ eẽ aliqd vnũ cõstitutũ in christo. 37.



Ex premissis igiť manifestũ est q in christo est tãtũ vna psona sm fidei assertõez. ⁊ due nature cõtra id qd Nestorius ⁊ Eutices posuerunt. ¶ Sed qz hoc alienũ vr ab his q̃ nãlis rõ experiť fuerunt quidã posteriores talẽ de vniõe positionez asserẽtes. qz. n. ex vniõe aĩe ⁊ corporis cõstituiť hõ. sz ex hac aĩa ⁊ ex hoc corpe hic hõ qd pter hypostasiz vl psonã hypostasiz ⁊ psonã designat. volẽtes. n. euitare ne cogereť i xp̃o ponere aliquã hypostasiz vl psonã verbi: dixerunt q aĩa ⁊ corpus nõ fuerunt vnita in christo. nec ex eis aliqua sub̃a facta est: ⁊ p hoc Nestorij heresiz vitare volebãt. ¶ Rursus qz hoc impossibile videť q aliqd sit substantiale alicui: ⁊ nõ sit de natura eius quã prius habuit absqz mutatõe ipsius: verbuz aũt oĩno imutabile est. ne cogereť ponere aĩam ⁊ corpus assumpta pertinere ad nãz verbi quã habuit ab eterno. posuerunt qd verbũ assumpsit aĩam humanã ⁊ corpus mõ accidentali. sicut hõ assumit indumentum p hoc errorẽ Euticetis excludere volentes. ¶ Sz hec positio oĩno doctrine fidei repugnat: aĩa enim ⁊ corpus sua vniõe hoiez cõstituunt. forma enim materie adueniẽs speciẽ cõstituit. si igiť aĩa ⁊ corpus nõ fuerit in christo vnita. christus nõ fuit hõ cõtra apostolũ dicentem. i. ad Thimo. secũdo. (Mediator dei ⁊ hoium hõ christus iesus).

pō erronea

iproba°


2 ¶ Itẽ vniusqsqz nostrũ ea rõne hõ dr qz est ex aĩa rõnali cõstitutus. si igiť christus nõ ea rõne dr hõ: sed solũ qz habuit aĩaz ⁊ corpus. lz nõ vnita: eq̃uoce diceť hõ ⁊ nõ erit eiusdẽ spẽi nobiscũ: cõtra apl̃m dicentẽ Hebre. 2. (q debuit p oĩa fratribus assimilari.

